



[The main body of the page is blank and contains no text.]

1.
1.
1.
2.
1.
1.
1.
2.
3.



18

Disputatio

DE FEVDIS,

1596, 2.

QVAM;

D. O. M. A.

Autoritate Ampliſſ. Iurid. Facultatis,

7

PRÆSIDE

CLARISSIMO,

ET CONSVLTISSIMO VIRO,

DOMINO DAVIDE MAGIRO, V. I. D.

& Professore in inçlyta Tubingensi Academia ordinario, præceptore suo honorando, hora & loco solitis, defendere conabitur, ad diem 21. Maij

LVDOVICVS HOHENFELDER
in Aiftersheim & Almegk.

1585
D.



TVBINGÆ
Apud Georgium Gruppenbachium.
M. D. XCVI.

GENEROSO ET
NOBILISSIMO VIRO, D. ACACIO
HOHENFELDERO IN AISTERS-
heim & Almegk, &c. Domino Patri suo reue-
rendo

LUDOVICVS HOHENFELDER, F.

S. P. C.



EVDORVM VSVS, CHARISS. D. PATER,
unde primùm extiterit, incertum adhuc, & inter Interpretes huius Iuris
controuersum est: antiquum certè esse satis constat: quippe cum Conradi,
Lotharij, Imperatorum, qui ante annos 500. circiter vixerunt, constitutio-
nes de ijs habeamus. Occasionem ijs excogitandis, necessitas, & magna cli-
entelarum apud Romanos utilitas, dedisse videtur: ut scilicet Principes,
qui grauissimis & inopinatis sæpè bellis vexarentur, terrarum opumq; suarum defensores, ob
ingentia ex Feudis commoda, & quasi in propria causa, & suarum facultatum periculo, prom-
ptos, & quocumq; tempore paratos, etiam extremum vitæ periculum non refugientes, & qui-
busuis in negotijs fideles, haberent. Qui certè & hodie illorum usus in Imperio Romano est:
unde & maxime subinde lites atq; controuersie, de maximis rebus, & integris Principum
ditionibus, oriuntur. Sed quoniam de ijs, utpote apud antiquos Imperatores Romanorum, Iu-
stinianum & eius antecessores, nondum usitatis, in Iure ciuili nihil esset constitutum, nec po-
steriores quoq; ullas de illis leges sancirent, & ad contentiones tamen inter dominos & vasa-
llos iure aliquo opus esset, conscriptæ sunt à quibusdam viris prudentibus variorum locorum
consuetudines, & regula, quibus tum domini tum vasalli, ad sua quisq; iura in Feudo tuen-
da, uti solebant. Veruntamen, cum non eadem semper obseruentur quouis loco, nec, ut legibus,
ita etiam consuetudinibus omnia desiniri soleant, euenit inde, ut incerta ea & contraria sæpè
nobis relinquere, & varias Doctorum sententias, de vna non raro questione, parerent:
praesertim cum quæ singulorum erant, nunc vniuersi ad sua tempora moresq; accommodare
conentur. Illas cõtrarietates, quamuis omnes (mea quidem sententia) conciliare sit impossibi-
le, tamen maiore ex parte Doctores hinc inde dissoluerunt, obscura explicarunt, omnia ex iure
ciuili supplerunt. Itaq; charissime D. Pater, cum post augustissimum Philosophiæ Studium
iuri cognoscendo, tuo iussu, operam darem, huius quoq; tam utilis, tamq; multis in locis dubij
iuris cognitionem exquisitiorem mihi necessariam esse duxi: & propterea ad publicum exer-
citiū, quod mihi ex officio meo, voluntate tua, Praceptorumq; meorum, suscipiendum fuit,
eam materiam delegi: & totam breuiter, quoad potui, in theses congeffi. Quas ego tibi, cha-
riss. D. Pater, tanquam meorum laborum signum qualecunq; offero: rogans summo perè, ut eo-
dem affectu & amore, quo huc usq; in posterum quoq; me & fratres meos complecti, commo-
daq; nostra paternè promouere velis: nos vicissim sedulo nitemur, ut nostrum pietatis, vir-
tutis, literarum, gratitudinis erga Praceptores, & hominibus inseruiendi studium, quæ
singulis Epistolis à nobis requiris, Deo iuuante, tibi demon-
stremus. Tubinga, Nonis Maij,
Anno. 1596.

Disputatio

DE FEVDIS,

THESIS I.



FEVDI NOMEN, A FIDELITATE Definitio Feudi. deductum, (a) aliàs etiam rem Feudalem denotans, (b) propriè videtur significare Ius (c) alicui in re immobili vel æquipollente, (d) fidei præstandæ causa concessum. (e)

a) §. nulla. tit. per quos fiat inu. 3. lib. 2. Feud. (b) Duar. in comment. in consuet. Feud. ca. 2. n. 1. (c) Cuius. ad tit. 23. lib. 2. Feud. pag. 180. & 12. (d) tit. de Feud. cog. §. fin. lib. 2. Feud. (e) hoc distinguit Feudum ab alijs iurib. & contractibus, in quibus licet etiam fides requiratur, tamen non fidei causa sunt. Dua. d. c. 2. n. 4. & c.

II.

Hac definitione continètur substantialia Feudi, quæ mutari non possunt. (a) Habent autem Feuda etiam quædam propria, naturalia dicta, quia communem naturam formamque Feudi indicant, quæ tamen mutari possunt. (b) Substantialia illa sunt, fides & res immobilis. (c) Naturalia, vt præstetur iuramentum fidelitatis, vt ad seruitia Vasallus obligatus sit, vt perpetua sit Feudi successio, vt foeminae excludantur, & similia. (d)

a) quia substantialibus mutatis, contractus fit alius. l. 2. in pr. ff. si cer. pet. (b) ita vt nihilominus idem contractus maneat. per l. pacta. 72. ff. de contr. empt. Duar. in com. Feud. c. 2. n. 7. (c) fides. n. si remittatur, alius fit contractus. Vid. Schrader. tract. Feudali. par. 2. ca. 2. n. 34. & c. Nec posserem immobilem in Feudum dari infra videbimus. (d) de quibus Duar. d. c. 2. n. 8. Vvesenb. tract. de Feud. ca. 2. n. 12. Quæ omnia mutari, aut omitti per pacta in inuestitura adiecta, possunt. Pacta enim inuestitura contra communem naturam Feudi valent & obseruanda sunt. per t. de duob. fra. 18. lib. 2. Feud. & similes, quos passim Dd. allegant.

III.

Secundùm hæc Feudum generaliter diuiditur in proprium, quod accidentia propria Feudi retinet: (a) & improprium, quod à communi natura Feudi recedit. (b) Diuisio.

A 2

a) per t. de

a) *per t. de Feud. non habent. propr. c. 48. li. 2. & tit. de natura Feud. 7. li. 1. Feud.*
 (b) *conditiones aliquas vel omittendo vel novas adijciendo. Cuius species ex investitura & pactis dependere ex the. prac. patet.*

I I I I.

Proprium rursus diuiditur, in nouum, quod quis primus in sua familia habet: (a) & vetus, quod quis à maioribus accepit: quod rursus est vel antiquum vel paternum. (b) Deinde aliud est ignobile, aliud nobile, quod dignitatem habet & nobilitat accipientem: (c) estq; Regale, quod cum dignitate Regali, vt Regno, Marchia, Ducatu, Comitatu, coniunctum est, (d) vel non Regale. Item aliud seculare, aliud Ecclesiasticum, quod Ecclesia dedit, aut accepit. (e)

a) *t. qui test. sint necessarij. 32. li. 2. Feud.* (b) *paternū pleriq; vocāt quod ab ascendētib. vsq; ad quartum gradum acquisitum est. per tit. de succ. Feud. §. hoc quoq; li. 1. F. antiquum verò quod à superiorib. V. ves. de Feud. c. 2. n. 6. sed plerunq; hæ appellationes cōfunduntur. t. de suc. fra. 11. §. quod ita intelligendum. t. de natura suc. §. paternū. li. 2. F.* (c) *per t. quis dicatur Dux. 10. li. 2. F. Nobilitat autem non per se, sed quia Feudum nobile datum est à Principe aut alio qui ius nobilitandi habet. Duar. de Feud. c. 4. n. 8. Rosenthal. in Synopsi Feud. c. 2. conclus. 6.* (d) *per t. de Feud. March. 14. in pr. lib. 1. F.* (e) *t. de cler. qui inu. fe. 35. t. de cap. Cor. 40. in fin. li. 2. F. t. Epis. vel abb. 6. li. 1. Feud.*

V.

Impropriij Feudi species sunt, Feudum ligium, in quo quis iurat fidelitatem Domino, nullius fidelitate reseruata: (a) vnde quis tantum eorum, qui non recognoscunt superiorem, (b) nec plurium simul, vasallus ligius esse potest. (c) Deinde Feudum francum, quo quis ad nulla seruitia, sed tantum ad fidelitatem obligatur. (d) Item conditionatum. (e)

a) *Duar. de Feud. ca. 4. n. 2.* (b) *vt Imperatoris, qui in aliorum Feudis semper excipitur à iuramento fidelitatis. tit. 55. in fi. li. 2. F. Dua. d. c. 4. n. 3.* (c) *gl. in c. pastoralis clem. de re iud.* (d) *Ros. de Feud. ca. 2. concl. 33. & alij.* (e) *ex quo certa tantum seruitia debentur. de quo in t. de cap. qui cur. vend. in fin.*

V I.

Præterea Feuda personalia, quæ finiuntur in persona accipientis: (a) Item quæ morte tam dantis, quam accipientis, finiuntur: vt Feudum Soldatæ, quod alimentorū causa datur. (b)
 Item

Item temporalia, quæ ad certum tempus tantum durant, vt Feudum Guardia, Castaldia, & aliorum officiorum. (c)

a) vi. tit. 1. §. et quia vidimus li. 1. F. (b) t. quis dicatur Dux. 10. §. soldata. li. 2. F. Schr. de Feu. par. 2. c. 4. n. 47. (c) hac mercedis causa dantur, et anno finiuntur. pert. de Feud. Guar. 2. li. 2. F. Schr. d. c. 4. n. 20. & seqq.

V I I.

Item Feudum foemininum, quod à foemina primum est acquisitum, sicut & illud quod ad foeminas pacto transit. (a) Item in quo Iuramentum fidelitatis remittitur, (b) aut ex quo certus Canon loco seruitiorum debetur. (c) Feudum emptum non potest dici improprium, (d) sicut nec Feudum de Camera vel Cauena, vbi quis alicui certam quantitatem pecuniæ, frumenti vel vini, singulis annis in Feudum dat. (e)

a) Vtrumq; posset dici foemininum: sed posterius non propriè. per. t. de Feu. foem. 30. t. de natura succ. 50. in pr. li. 2. Fe. vbi à se inuicem separantur. Hartma. Pistor. quest. li. 2. quest. 34. n. 13. (b) quod potest remitti. per §. nulla. t. 3. et in pr. t. 40. li. 2. F. et alijs locis. (c) Ros. de Feu. ca. 2. quest. 37. (d) nisi quia non gratis sed pecunia data acquiritur. (e) per t. 1. in fin. li. 2. F. Schr. de Feu. par. 2. c. 3. n. 81. & 82. ex sententia eorum qui hæc in hæredes transire volunt. Schr. d. loco. alios in contrarium allegans.

V I I I.

Est & alia Feudi diuisio, non quidem ab ipso textu iuris Feudalis approbata, sed à Dd. communiter tradita & recepta: in Feudum hæreditarium, & ex pacto ac prouidentia. (a) Hoc est, quod non solum pacto dantis, sed peculiari etiam acquirentis prouidentia, descendentibus acquiritur: (b) nihilq; à proprio Feudo differt. (c) Illud, quod datur alicui & hæredibus: (d) semperq; quando hæredum in inuestitura mentio fit tale censendum est. (e)

a) ex verbis inuestitura, quibus vel liberis vel hæredib. Vasalli conceditur (b) v. Har. Pist. li. 2. qu. 1. n. 10. ita vt nullo alio iure quàm ex pacto inter dominum & primum acquirentem habeant. (c) propter absentiam particula (hæredibus) ex dictione enim (filijs vel descendentibus,) nõ cõditio aliqua sed potius vsitata forma Feudi colligi debet. Hart. Pist. li. 2. qua. 3. n. 44. & c. (d) vel descendentib. tantum, si nihil præterea adiectum sit: cum hac tamen conditione, vt hæreditario iure in illo succedant: Vel extraneis etiam, si dictum sit (quibuscunq; hæredibus) (e) siue concedatur filijs hæredibus, siue masculis hæredibus, & c. v. Hart. latè d. quest. 3.



Qui Feuda
dare & acci-
pere possint.

Feuda dare possunt de suis bonis omnes qui liberam rerū suarum administrationem habent: (a) vel generalius omnes qui non prohibentur: (b) sicut etiam accipere possunt omnes, qui non nominatim prohibentur. (c)

a) per t. per quos fiat inu. in pr. vers. qui. n. li. 2. F. V. ves. de Feu. c. 4. n. 5. (b) ar. l. mutus. 43. §. 1. ff. de procur. cum simil. Ros. de Feu. c. 3. q. 2. (c) per §. personam verò. d. t. per quos fiat inu. Du. de Feud. c. 6. n. 13.

X.

Et quidem quoad clericos vel Ecclesiasticos, omnes qui rerum Ecclesiasticarum administrationem habent, in Feudum dare possunt, (a) vt Papa, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatisa, Præpositus, &c. (b) sc. si antiquitus consueuerunt in Feudum dare, (c) & quas res consueuerunt. (d) Legatus verò de latere non potest infeudare res Ecclesiarum prouincię suę legationis, sine permisso Papæ. (e) Sed ciuitati alicui aut collegio res suę Ecclesię Prælatus in Feudū dare non potest. (f) In proprijs rebus eadem est Clericorum ratio quæ Laicorum. (g)

a) Du. cap. 6. n. 1. de Feud. (b) de quibus t. 1. §. 6. l. 1. F. & alibi. (c) antiquitus §. Feudum autem d. t. 1. id est ante tempora Urbani, post cuius cōstitutionem noua Feuda dare clericis non licet, sed ante data renouare. per t. Epif. vel Ab. 6. li. 1. F. Et tunc possunt sine solennitatibus in alienatione rerum Ecclesiarum requisitis, et sine consensu capituli. per c. vlt. extra de Feud. §. hac omnia t. si de inuest. 26. li. 1. F. V. ves. de Feud. c. 4. n. 1. Schra. de F. par. 4. c. 2. n. 17. Non solita verò infeudari sine solennitatibus in alienatione requisitis in Feudum dare non potest. Schr. ibid. n. 12. (d) gl. in d. §. Feudum autem. in verbo, Feudum dare. §. t. de cler. qui inu. fec. 35. vers. & ideò sciendum, lib. 2. Feu. (e) quia non potest tollere iura Prælatorum illarum Ecclesiarum. Mozzius, de his qui Feud. dare. n. 11. Schr. d. c. 2. n. 5. (f) quia videtur res alienari: cum collegia non moriantur: et ita q. deteriorari, quod ei non licet. l. iubemus nulli. C. de SS. Eccl. c. cū apostolica. extra, de ijs quæ sunt à præl. Ros. de Feu. c. 4. q. 28. (g) d. t. 35. in pr. et ib. gl. lib. 2. F.

X I.

Laici quoque omnes in Feudum dare possunt, siue ignobiles, (a) siue nobiles, vt Marchio, Dux. (b) &c. Pupillus verò vel minor nouum Feudum non dare, (c) sed antiquum confirmare potest: (d) eademq; est infantium, prodigorum, furiosorum, ratio. (e) Fœmina verò dare potest. (f)

a) secundum supra dictam regulam. th. 9. (b) t. 1. in pr. li. 1. F. & alibi passim. (c) per t. 3. in pr. li. 2. F. ne quidem cum tutoris vel Curatoris autoritate. ar. l. pactum cura.

curatoris. C. de pact. l. 4. C. de nouat. l. lex qua tutores. 22. C. de adm. tut. (d) per d. t. 3. li. 2. F. cum tutoris autoritate. ar. l. magis puto. 5. §. si pupillus. ff. de reb. eorum. Vves. de F. c. 4. n. 7. Ros. de Feu. c. 3. quest. 8. (e) Vves. d. lo. quia similiter contrahere prohibentur. (f) §. foeminam. t. 3. l. 2. F.

XII.

Potest quis etiam per alium Feudum dare: (a) vnde & qui non ipsi rerum domini sunt, suorum dominorū nomine Feudum dare possunt, vt tutor, Curator, Procurator, non quidem nouum, (b) sed antiquum renouare. (c)

a) Vves. d. c. 4. n. 8. t. 3. §. sed vtrum. li. 2. F. t. de not. F. vers. item inuestitura. Sic ciuitas aut vniuersitas dat per Syndicum. (b) alienationem. n. illi non habent. d. l. magis puto. §. pater. ff. de reb. eorum. nisi per speciale mandatum superioris. ar. l. 7. ff. de don. Duar. de F. c. 6. n. 12. Schr. de F. par. 4. c. 1. n. 68. (c) d. §. sed vtrum. quia hoc non est alienare, sed tantum factam alienationem confirmare.

XIII.

Nouum Feudum accipere prohibentur, hæretici, banniti, (a) damnati crimine publico, vt læsæ maiestatis, (b) & qui liberè ex contractu obligari nequeunt. (c) Alijs verò qui etiam in antiquis non succedunt, tamen noua dari possunt, vt imperfectis, (d) clericis, (e) foeminis, (f) seruis. (g)

a) Ros. de F. c. 3. concl. 9. per l. Manichæos. & Auth. Gazaros. C. de her. et Manich. (b) Ros. ib. litera E. (c) de quo enim negatur genus, de eo etiam species. Schr. de Feu. par. 4. c. 3. n. 2. 3. (d) Dd. in t. an mut. vel al. imperf. (e) c. extranmissa. extra de for. comp. etiam à Laicis per t. 40. in fi. li. 2. F. (f) vt in Feudo foeminino. de quot. 30. li. 2. F. et multis alijs locis. (g) §. personam. t. 3. li. 2. F. nisi eum liberum putarit.

XIII.

Filius familiâs potest accipere Feudum: (a) item pupillus, etiam sine tutoris autoritate: (b) & minor sine consensu Curatoris: (c) item infans. (d)

a) Vves. de F. c. 5. n. 3. (b) quia non obligatur ad iuramentum, & seruitia personalia ante pubertatem. §. si minori. cum §. seq. t. 26. li. 2. F. Vves. ib. n. 5. (c) quia obligatio fit per iuramentum. t. 4. vers. fidelitatem. t. de no. for. fid. li. 2. F. quo minores etiam sine autoritate astringuntur. Aut. Sacramenta puberum. C. si aduer. vend. (d) arg. l. donatarum. C. de acquir. possess.

XV.

Feuda Regalia accipiunt Marchio, Comes, Dux, (a) nō Regalia qui capitanei dicuntur, (b) alia ignobilia ignobiles. (c) Potest etiā superior accipere ab inferiore, (d) itē vnus à plurib. (e)

a) r. a.

a) t. i. in pr. li. i. f. (b) t. io. li. 2. f. Vves. d. c. 4. n. 3. ab his accipiunt Valuafores maiores, ab his minores. d. t. i. (c) minimi Valuafores. d. t. io. Moz. de his qui dare Feu. & accipere. n. 16. (d) t. 100. in fragmentis. (e) t. 38. de Vasal. qui contra const.

XVI.

Quæ res possunt in Feudum dari.

In Feudum dari possunt omnes res ex quibus certo tempore fructus proueniunt: (a) exceptis ijs quarum alienatio interdicta est: (b) vt rerum quæ extra commercium positæ sunt, (c) vel in genere, (d) vel eius tantum qui accipit: (e) & rerum alienarum, quæ in patrimonio nostro non sunt: (f) quarum verò dominium siue vtile siue directum habemus, eas in Feudum dare possumus. (g)

a) de quibus in l. diuortio. §. si fundum. §. quod in anno. §. quod in sementem. ff. sol. mat. Moz. de rebus quæ in Feudum dari. n. 15. (b) per t. 3. in pr. §. i. li. 2. f. Est. n. in feudatio quædam alienatio per. d. t. 3. ar. l. i. c. de fun. dot. Ros. de Feu. ca. 4. quæst. 15. (c) per §. sed etiam res. d. t. 3. Vves. de Feu. c. 7. n. 4. (d) vt res sacra, religiosa, sancta, perpetuis vsibus populi destinata. §. nullius. l. de re. diu. nisi alijs accesserint. l. in modicis. 24. ff. de cont. empt. v. Ros. de Feu. c. 4. quæst. 16. 17. (e) secus si in dantis quidem commercio non sit, sed in accipientis. ar. l. multum interest. 34. ff. de V. O. Sch. de Feu. par. 3. c. 1. n. 2. 3. (f) oportet n. rem esse in nostro patrimonio: aliàs in praiudicium domini res alienæ darentur in Feudum. Dua. de Feu. c. 5. n. 1. valet tamẽ quemadmodũ venditio rei alienæ. l. 29. ff. de contr. empt. ita vt qui dedit teneatur Vasallo de euictione ad idem vel æquiualens Feudum Vves. de Feu. c. 7. n. 7. (g) vt Feuda & Emphyteuses. Schr. d. par. 3. c. 2. n. 5. Et directum dominium quod quis in Feudo et Emphyteusi habet. Schr. ibidem. n. 7. 9.

XVII.

Modo sint res immobiles, aut inter eas connumerari solitæ. (a) Res enim mobiles, vt pecunia, (b) in Feudum dari non possunt, (c) nisi dentur accessoriè cum immobilibus. (d)

a) t. de Feu. cog. §. sciendum. (b) Pecuniam datam alicui nomine Feudi dominus potest repetere, si nesciebat hoc modo Feudum esse non posse. l. 25. ff. de probatio. l. 53. de reg. iur. Ros. de Feu. c. 4. quæ. 10. (c) quia vtile dominium debet transire in Vasall. §. si de inu. dere al. manente apud Dominum proprietate. harum aut rerum vsus est in abusu. vnde directum dominium plane periret: contra t. 23. in fi. lib. 2. Feu. Vves. d. c. 7. n. 8. Schr. d. par. 3. c. 2. n. 57. (d) vt si cum castro etiã animalia concedat: quo casu in locũ demortuorum alia substituere debet, sicut in vsufructu. v. Schr. d. par. 3. ca. 1. n. 16. & c.

XVIII.

Rebus immobilibus connumerantur seruitutes prædiorum,

rum, (a) actiones ad res immobiles cōpetentes, (b) molendina, (c) pensiones annuæ, (d) redditus annui, (e) & prouentus ex vectigalibus, (f) & alia quæ Dd. passim inter immobilia referunt.

a) numeratur inter immobilia, quia immobilib. coherent. gl. l. vn. ver. intelliguntur. C. de vsuc. transfor. (b) Ros. de Feu. c. 4. quest. 8. Sch. d. par. 3. c. 3. n. 10. (c) Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 7. n. 92. & c. (d) per. §. sciendum. t. de F. cogn. nisi sit pensio mere personalis. Moz. de rebus quæ in F. n. 5. 6. 10. arg. etiam est t. de contr. int. Ep. 20. ib. de annua prastatione, etc. li. 2. F. (e) cum sint inter immobilia. cl. exiui. §. cumq; annui redditus de. V. S. Moz. d. lo. n. 7. (f) vt facile ex supra dictis colligi potest. Moz. d. lo. n. 14.

X I X.

Possunt etiam in Feudum dari res aliquib. communes: (a) item Feudum quod alius possidet, cum conditione, si ad se reuertatur: (b) & suam propriam rem eo pacto in alium transferre potest, vt ab eo tanquam Feudum recognoscat. (c) Et res imperij Imperator in Feudum dare potest. (d)

a) §. item sciendum. t. de not. F. & socium potest cogere per iudicem vt diuidat. ib. (b) t. qui succes. F. t. qui succes. ten. §. moribus. t. si de Feu. def. Purè non potest. d. t. qui succ. Feu. nisi vasallo consentiente. §. si quis inuestierit. de Feu. dato in vicem l. commif. (c) ar. l. si aliquam. 28. ff. de acqui. poss. si tamen ex certa scientia facit. Ros. de Feu. c. 6. quest. 118. (d) arg. t. de nat. Feu. t. quis dicatur Dux. cum similibus. modò ne fiat cum magno Imperij detrimento. ar. c. intellecto. extra de iurci. nec tenetur prastare si promisit. ar. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam.

X X.

Eodem modo Papa bona Ecclesiarum, quæ ipsum recognoscunt, infeudare potest. (a) Et alios administratores Ecclesiæ posse ex bonis earum, solitis infeudari, Feuda dare supra dixi. (b) Rem exiguam tamen etiam non solitam infeudari, possunt in Feudum dare: (c) Sed si Ecclesia sit inops facta aut res ob culturam data melior facta sit, eam ad Ecclesiam reuersam non debet de nouo infeudare. (d) Spirituales res, planè non possunt infeudari, (e) sicut nec decimæ. (f)

a) Sch. de F. par. 4. c. 2. n. 4. quia cum omnibus in Iurisdictione concurrat. Sed magnas & pretiosas res non potest sine consensu Cardinalium. Ros. c. 4. q. 36. (b) thesi. 10. (c) ar. c. terrulas. 12. q. 2. Ros. d. lo. q. 30. (d) c. 2. ib. si videris expedire. extra de Feu. (e) c. adhac. c. quamuis. de decim. V. ves. de Feu. c. 7. n. 5. (f) c. prohibemus. extra de decim. de quibus Dua. c. 5. n. 7. & 8.

B

Re foli

XXI.

Re soli in Feudum concessa, omnia iura cohærentia concessa intelliguntur: (a) vt pisces in aquis, feræ in syluis: (b) fructus (c) & reditus, iurisdictiones, seruitutes, ius fodiendi auri & argenti, lapidis cædendi: (d) & quæ immobilibus datis cohærent, vt ædificia, molendina, &c. (e) Item Regalia cum territorio concessa, (f)

a) arg. l. 66. 47. 78. ff. de contr. empt. §. sciendū. ib. solo cohærentib. de Feu. cog. (b) se non custodia tantum sed perpetui vsus causa habeantur. V. ves. de Feu. c. 7. n. 3. Gui. Pap. decis. 91. (c) etiã pendentes quia sunt pars fundi. l. fructus. ff. de re. ven. gl. in d. §. sciendū. (d) Tir. de retr. lig. §. 1. gl. 7. n. 96. etc. (e) item munitiones cū castro, arbores, flumina, lacus, de quibus passim Dd. Moz. de reb. qua in Feu. n. 3. Schr. de F. par. 3. c. 2. n. 3. & c. 4. (f) Schr. par. 4. c. 1. n. 27. Quæ verò Imperatori insignum supremæ Iurisdictionis reseruatæ sunt, nõ transeunt. Sch. par. 2. c. 3. n. 5. possunt Regalia etiam per se dari. Ros. c. 5. q. 1.

XXII.

Quibus modis Feudum acquiratur & constituitur.

Feudum nouum acquiritur contractu & præscriptione: antiquum, successione. (a) Contractu autem vel gratuito, quo nulla re alia mediante solo consensu dominus vasallo ad fructus Feudi, & hic vicissim domino ad fidem reuerentiam & obsequium se obligat: (b) vel venditione aut permutatione, vbi accedente pecunia vel alia re talis obligatio fit. (c)

a) qua successio recognitionem requirit. (b) v. Ves. de Feu. c. 1. n. 5. (c) per t. r. in fin. t. 2. t. 24. li. 1. F. t. 2. 15. li. 2. Feu. & multis alijs locis. Sed pacto legis commissoria Feudum acquiri non potest. per t. 27. in. pr. li. 1. F.

XXIII.

De inuestitura.

Ad huius autem contractus absolutionem & Feudi constitutionem requiritur. i. inuestitura, (a) quæ duplex est, propria & abusiuæ: (b) propria qua quis in rei Feudalis possessionem inducitur: abusiuæ qua per signum tantum, vt hastam, gladium, &c. aliquis de Feudo inuestitur, & futuræ possessionis spem accipit: (c) hæc præcedit fidelitatis promissionem, illa sequitur. (d)

a) sine qua Feudum constitui non potest per t. quibus mod. Feu. const. 25. lib. 1. Feu. quod intelligendum est de propria inuestitura non de abusiuæ, quæ, illa facta, necessaria non est. (b) recepta à Dd. diuiso per t. quid sit inuest. 2. in princ. lib. 2. Feu. (c) ita

(c) ita definiuntur in d. t. 2. (d) per t. quid preced. debeat. 4. iuncto. t. de for. fid. in fin. lib. 2. Feud.

X X I I I I.

Requiritur autem ad inuestituram etiam testificatio; quæ fit vel per testes, qui debent esse pares curiæ, (a) vel qui modo pares esse desierunt: (b) quamuis admittantur etiam extranei, si dominus alios vassallos non habeat: (c) item in inuestitura clericorum. (d) Vel breue testatū, quod instrumentum est de inuestitura testificans, ad quod testium subscriptio requiritur. (e) Et verbis in ea vtendum est conuenientibus, ne alius contractus quàm Feudum esse præsumatur. (f) Non solūm autem Feudum alicui per inuestituram simpliciter constituitur, sed & pacta explicantur, & seruitia, ad quæ Vasallum dominus sibi obligatum habere vult. (g)

a) ne quid ab extraneis excogitetur falsitatis in perniciem domini. t. de not. §. idcirco. §. quod autem. ad minimum duo, & homines liberi. d. §. quod autem. (b) per t. an rem. debeant. 19. li. 2. Feud. (c) t. qui test. sunt neces. in pr. qui explicatur. t. seq. §. quod autem. Vel si etiam absint. t. 26. vers. testes verò lib. 1. F. vers. etiā. t. de not. Feud. (d) d. t. 26. vers. in clericorum li. 1. F. (e) quorumcunq. t. 32. li. 2. F. (f) Ros. de Feud. c. 6. q. 28. 29. Cl. §. Feud. quest. 17. (g) ubi verò nihil mutatum est communia propria Feudi tacite iubentur obseruari. ar. l. 3. ff. si cert. pet.

X X V.

Vbi facta est abusiua inuestitura, postulatur à Vasallo promissio fidei, domino facienda, pro Feudo: quæ plerunq; fit cum Iuramento, (a) aliquando tamen etiam sine eo. (b) Formula autem fidelitatis continetur. 6. capitibus, incolumi, tuto, honesto, utili, facili, possibili: (c) in quibus iurat vasallus se Domino affuturum contra omnem hominem, excepto Imperatore, vel Rege (d) & antiquiore domino. (e) Ad fidelitatem autem faciendam citatur à domino, tribus vicibus, intra quod tempus comparere necesse habet. (f)

a) t. 4. in fin. li. 2. F. (b) nuda promissione, vel ad fidem vasallus ex ipsa natura Feuditantum obligatur. §. fin. t. 3. in pr. t. 24. li. 2. Feud. & alijs locis. V. ves. c. 8. n. 20. (c) explicantur in t. 6. & 7. li. 2. & v. infra plura. (d) t. de nou. for. fid. t. 55. in fin. li. 2. F. (e) t. hic fin. lex. in fin. (f) conueniente tempore interposito. t. 24. §. est & alia. & ibi gl. lib. 2. F.

XXVI.

Post fidelitatem factam dominus cogitur mittere vasallum in possessionem Feudi. (a) Potestq; totum hoc negotium per alium quàm dominum fieri, & per alium nomine vasalli recipi. (b) Sicut & in Feudo alicui collegio concessio non singuli iurant, &c. sed qui ipsorum vicem gerit Prælatus. (c)

a) per §. fin. t. 7. lib. 2. F. ante tamen non cogitur id facere. ar. §. fin. tit. 3. lib. 2. Feu.
 (b) §. personam. et §. sed utrum. t. 3. li. 2. F. etiam quoad iuramenti præstationem, ut receptum ait à Dd. V. ves. de F. c. 5. n. 7. in d. §. sed utrum. (c) non enim singuli sunt vasalli, sed totum Collegium: idem est si collegium det Feudum.

XXVII.

De Præscri-
 ptione.

Præscriptione acquiritur Feudum, si quis bona fide, (a) nomine Feudi, (b) per triginta annos, rem possederit, & eo nomine seruitia domino præstiterit. (c) Directum quoque dominium contra dominum pari modo recipiendo seruitia à vasallo tertius præscribit. (d) Et utile, dominus, triginta annis Feudum possidendo, contra agnatos præscribit. (e) Sed non præscribitur contra Ecclesiam, (f) aut Remp. (g) nec libertatem à seruitijs vasallus præscribit, (h) nisi fortè ab hæredibus domini non recognoscat. (i)

a) per t. 87. in frag. c. possessore. de reg. iur. in. 6. (b) hoc pro titulo est. (c) §. si quis per 30. et d. t. 87. Dua. de F. c. 8. n. 12. et alij. (d) Clarus. §. Feudū. quæst. 19. (e) Mynscent. 4. obser. 28. (f) ar. Aut. exactio. C. de SS. Eccl. c. 4. extra de præscri. nisi in 40. annis. Cui. 1. in par. ad t. C. de SS. Eccl. et annis 100. contra Ecclesiam Romanam. Ros. de F. c. 6. quæst. 144. (g) Cui. d. lo. et l. ult. C. d. t. l. cum notissimi. C. de præscri. 30. annorum. (h) ar. §. licet. t. 26. §. ad hoc. t. 28. li. 2. F. Du. de F. c. 16. n. 5. &c. (i) atq; ita possideat triginta annis. argumento est quod Ros. ait. d. c. 6. q. 15. 47.

XXVIII.

De Recogni-
 tione.

Recognitione Feudum antiquum acquiri vel retineri debet, quoties vasallus vel dominus mutatur: (a) ita ut à successoribus omnibus, (b) vel successori domini vni non pluribus, (c) fidelitas denuò iuretur, & ita Feudum ab hoc domino agnoscat, (d) ut illud apud vasallum eiusque hæredes maneat. (e)

a) t. 24. in pr. t. de cap. Cor. 40. li. 2. F. t. quo temp. mil. cum similibus. (b) §. omnes. §. 26. §.

§. 26. §. praterea Ducatus. t. 55. li. 2. F. ubi (omnes) distributiue non collectiue est accipiendum. quia singuli commodum ex Feudo percipiunt. v. Har. pist. li. 2. quest. 47. circa initium. (c) non enim cogitur vasallus pro vno Feudo plures dominos habere. d. §. praterea Ducatus. sed si quidem socij sunt, eligant ex se vnum cui fidelitas prastetur, quibus non consentientibus potest vasallus eligere. vt ait Hart. Pist. omnes docere, d. quest. 47. n. 27. de quo vide totam illam questionem. Si vero sint subalternati, ab eo petenda, qui proximior est, non à maiore domino. ar. §. illud. d. t. 55. Rosent. de Feu. c. 6. quest. 66. Vvesen. c. 8. n. 12. Nam is neq; primò inuestituram facit. (d) est. n. vasalli obligatio personalis, quæ cum persona cessat per. l. vn. §. libertatibus. vers. excepto. & ibi gl. C. de cad. toll. posset q; facile per ignorantiam præscriptio induci. Ros. c. 6. quest. 15. Vves. d. lo. n. 23. (e) non. n. opus est noua possessionis traditione, si successerunt vasallo. Duar. de Feu. c. 7. n. 8.

X X I X.

Non verò, sicut in nouo Feudo, expectanda est citatio domini, sed ipse vasallus debet adire dominum, (a) & petere confirmationem Feudi, intra annum & diem si paganus, (b) intra annum & mensem si miles sit. (c) Quod tempus successor antiqui Feudi numerat integrum, successor noui non, (d) à die scientiæ, (e) vel sine cuiusuis alterius iusti impedimenti. (f)

a) vbi cum q; existentem. nisi nimium remotus sit. ar. l. i. §. dies. ff. quomodo appell. vel nisi procuratorem reliquerit. Ros. c. 6. q. 88. (b) t. q. fuit. pr. causa. t. de cap. Cor. §. praterea. de prob. Feu. al. §. fin. de prob. Feu. al. per Loth. (c) gl. in t. quo temp. miles. Myns. cent. 5. ob. 9. n. 1. (d) sed tantum illud quod antecessori fuit reliquum. Gail. li. 2. ob. 50. n. 7. ar. l. Æmilius. l. etiam. ff. de min. (e) mortis domini vel vasalli, vel amissionis, & c. gl. in t. quo temp. mil. (f) ar. l. quod tempore. C. de rest. milit. Ros. c. 6. q. 69.

X X X.

Iusta autem impedimenta, ob quæ quis excusatur, sunt, iustus metus, absentia, inimicitia graues: (a) item si vasallus sit pupillus: (b) aut si contentio sit vter sit hæres domini: (c) aut possessionem Feudi hæres vasalli nondum habeat: (d) de quibus & similib. vasallum protestari non erit necesse. (e)

a) t. quo temp. mil. §. si. t. 52. li. 2. F. (b) §. si minori. & ibi gl. t. 26. §. praterea. t. 55. l. 2. F. (c) ar. c. si vero. de in. pat. vel potest petere à possessore cum protestatione tamen ne alteri obsit. ar. l. si. C. de pote. hare. l. 7. ff. de dam. inf. Ros. c. 6. q. 49. (d) nõ enim am e tenetur renouationem petere. Hart. pist. lib. 2. q. 31. n. 1. 2. (e) sed sufficiet si ex post facto illa doceat: licet melius fuerit si protestetur. Ros. d. c. 6. q. 10.

Recognoscitur autem Feudum iisdem pactis, quibus initio fuit acquisitum: (a) nisi quis scienter Feudum rectum sibi velit mutare in conditionatum: (b) vel antiquum in nouum. (c)

a) non enim potest sequenti ius quæsitum noua conuentione adimi. ar. t. s. li. 2. F. (b) per gl. in t. 2. li. 1. Feu. ubi Gotho. (c) si consentiant agnati. alioqui valet tantum quoad dominum & vasallum. Moz. de diu. Feu. n. 62. Nouum verò potest dari ut antiquum, quo ad præiudicat domino non vasallo. Cl. §. F. q. 8. n. 4. Quod remisso delicto quis retinet non sit aliud quàm ante fuerat. gl. t. 55. §. insuper. vers. priuatur. li. 2. Feu. si ante priuationem delictum remissum sit: secus si post. Clar. d. q. 8. n. 6. sicut nec illud quod in gratiam descendantium refutatum est. t. 14. li. 2. F.

XXII.

De Successione.

Successione quoque Feudum acquiri supra dixi. (a) Est autem successio alia ab intestato, alia ex testamento. Hæc in Feudis locum non habet, quia regulariter vasallus de Feudo testari non potest, nec legare, nec per fidei commissum dare, nec quouis modo de eo disponere: (b) adeò ut nec relictorum æstimatio debeatur.

a) thes. 22. (b) Rem allodiam quidem potest dominus alicui tanquam Feudum relinquere instar ususfructus: sed rem feudalem vasallus relinquere, vel eam inter successores aliquo modo diuidere non potest. per. t. 8. in pr. li. 1. F. t. qual. olim pat. F. §. donare. t. 55. in pr. li. 2. F. cuius rationem reddit Cla. quia vasallus non est dominus Feudi, nisi quoad viuit. §. Feudum. q. 40. n. 1. nec successorem iure suo priuare potest. ex. t. de al. F. pat. gl. ad t. 1. vers. frater. §. cum verò. li. 1. F.

XXIII.

Potest tamen rectè ijs relinquere ad quos Feudum alioqui pertineret: (a) item quoad de melioramentis & fructibus disponit, valet: (b) sicut etiam in nouo Feudo cum consensu domini, (c) & in antiquo cum consensu domini & agnatorum: (d) modo ne Ecclesiæ relinquat. (e)

a) ar. t. de al. F. pat. in pr. (b) ar. t. hic fin. lex. §. si vasallus. li. 2. F. Et quia fructus iam proprii sunt. v. Sch. de F. par. 7. c. 2. n. 24. & c. 3. n. 7. & c. (c) cum enim ipse acquisierit, poterit successoribus tanquam in re sua præiudicare. ar. t. de al. F. pat. et t. 55. in pr. ibi, nisi domino cõsentiente. li. 2. F. (d) per. t. d. de al. F. pat. ar. l. si debitor. 4. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. Sch. d. c. 2. n. 15. (e) per. t. de al. F. 13. §. inde potest. li. 1. F. Nisi Feudum quis ab Ecclesiâ habeat. ar. c. cum apostolica. de his quæ sunt à Præl. veruntamen quando cumq; datur Ecclesiæ, eodem iure & tempore apud eam manere potest, quo apud relinquentem fuisse. ar. §. rursus. t. quibus mod. F. amit. Sch. d. c. 2. n. 42. & 43.

XXIII.

Item in Feudo hæreditario absque domini consensu testari licet:

licet: (a) quod Feudum etiam in fideicommissio vniuersali venit, (b) item in petitione hæreditatis, (c) & in legitimam quoque liberis imputatur. (d)

a) *merè hereditarium, quibuscunq; alterum, ijs tantum relinquendo ad quos successio pertineret: ita ut liberè inter ipsos disponat: habetur enim hoc Feudum pro parte hereditatis. Har. Pist. li. 2. q. 1. n. 61. (b) Har. Pist. d. q. 1. n. 63. ex eadem ratione. (c) per l. item videndū. §. fi. de pet. her. Ros. de F. c. 7. q. 23. 24. (d) quia est ex hereditate vasalli, qua in legitimam imputatur. per l. 29. C. de inof. test. Filia autem ex nullo Feudo legitima debetur: quia legitima est portio eius in quo quis ab intestato succedit: foemina verò in Feudo etiam hereditario non succedunt, nisi ex Feudo empto: propter pecuniam scil. patris quam in id impendit, cuius partem erant habitura. v. Hart. Pist. li. 2. q. 38. n. 15. 63.*

X X X V.

Ab intestato primò descendentes in infinitum, (a) tam in seculari quàm Ecclesiastico Feudo, (b) (excepto Regali,) (c) exclusis omnibus alijs, (d) æqualiter succedunt, qui pares gradu sunt, (e) vltiores cum proximioribus in stirpes, (f) nisi fortè ex pacto primogenito successio deferatur. (g)

a) *per t. 1. §. hoc quoq; li. 1. t. 11. li. 2. F. siue emancipati siue nō. non. n. inter eos distinguitur à iure Feudali. Vves. de F. c. 6. n. 9. siue eiusdē, siue diuersi matrimonij. ar. N. 22. c. 29. nisi pactum sit ut posteriores non succedant. t. de fil. nat. ex matr. ad marg. Du. de F. c. 10. n. 13. (b) inter hæc. n. non distinguit textus Feudalis. Du. de F. c. 11. n. 2. (c) in quo vnus tantum succedit. t. 55. §. præterea. li. 2. Feu. reliquis certa portione data. Schr. par. 8. c. 2. n. 41. (d) t. de succ. fra. in pr. (e) d. t. et t. de succ. F. (f) non in capita. ar. §. cum filius. I. de her. qua ab intest. Vves. d. c. 6. n. 14. (g) quod seruandum erit. Hocq; casu, mortuo primogenito, Feudum ad filios eius non ad secundogenitum venit. Ros. de Feu. c. 7. quæst. 37. & c.*

X X X V I.

Post descendentes veniunt collaterales ex primo acquirente orti, in infinitum; (a) In nouo collaterales nō succedunt, (b) ne quidem si duob. fratrib. simul datum sit. (c) Vbi autē fratrum filij succedunt, in stirpes cum fratre succedunt: (d) nec germanus cōsanguineo præfertur. (e) In simultanea inuestitura gradum quoque prærogatiua seruatur, nisi aliud in inuestitura dictum sit: (f) & catenus succeditur in capita. (g)

a) *non etiā alij collaterales per t. de suc. fra. et v. t. si. vas. F. pr. t. de natura suc. t. 1. §. hoc quoq; li. 1. F. (b) quia datur tantum descendentes. ex linea vasalli. (c) t. 8. §. fi. et ib. gl. li. 1. F. t. 1. §. cū verò. li. eo. nisi ita pactū sit. vel simul seruiert. vel de cōmunib. sumptibus domino sciente Feudū sit emptum. t. de benef. fr. 20. li. 1. F. et d. §. cum verò. (d) Aut. cessante. C. de leg. her. (e) quia in F. nō cognatio sed agnatio spectatur. per t. de suc. fra. (f) quia simultanea inuestitura nō videtur nouū succedēdi modū inducere: et idē est, quādo per inuestituram foemina cum filijs admittuntur. ergo et hīc. v. Har. Pist. li. 2. q. 21. n. 8. etc. (g) id. n. semper est ubi gradus spectantur. Har. Pist. li. 2. q. 22. n. 2. etc.*

Post fra-

XXXVII.

Post fratres fratrumque filios vocantur alij agnati, semper proximiores, (a) exclusis remotioribus, in capita. (b) Graduum verò computationem secundum ius civile instituendam esse maxima pars interpretum statuit. (c)

a) *t. de nat. succ. F. Dua. de F. c. 11. n. 14.* (b) *quia ius representationis ultra fratres fratrumque filios non extenditur. N. de har. ab int. c. 3. in fin. V. vesen. de Feu. c. 6. n. 18. omnesque post illos in capita vocantur. Har. pist. li. 2. quest. 22. n. 3. per §. ceterum. et seq. §. si plures. Inst. de leg. ag. suc. & alijs locis.* (c) *per §. hoc quoque. t. i. iuncto. pr. t. 8. li. 1. F. item per t. an ille qui interf. & c. Diff. Hart. Pist. li. 2. q. 19. secutus Hotomannum.*

XXXVIII.

Sed ad successionem Feudi multi non admittuntur, qui iure communi admitterentur: ut ascendentes omnes: (a) & ex descendantibus, liberi adoptiui, (b) naturales, (c) multi, surdi, cæci, aut aliàs imperfecti, (d) & clerici facti. (e)

a) *per t. 11. & 50. li. 2. F. Nisi filius inuestitus sit propter benemerita patris, ut est communis opinio. Du. de Feu. c. 11. n. 11. Sch. par. 7. c. 6. n. 4. Ros. c. 7. q. 27. qua tamen contra voluntatem dantis esse videtur: aut nisi pater in gratiam liberorū (ut in t. de vas. decr. et.) refutarit Feudum antiquum. ar. t. de eo qui fin. 49. li. 2. F. V. ves. de F. c. 6. n. 8. Hoc tamen locum habet tunc cum sine legitimis heredibus filius decessit: ita ut preferatur agnatis pater. V. ves. d. loco. fratrib. defuncti simul admissis. Schr. de F. par. 7. c. 6. n. 10. per N. 118. c. 2.* (b) *§. adoptiuus. t. 26. li. 2. F.* (c) *§. naturales. d. t. 26. Nisi sint legitimati: vel à Principe, ad Feuda. gl. in d. §. vel per subsequens matrimonium. per c. tanta, qui filij sint legitimi.* (d) *t. an mutus, & c. §. mutus. t. Epif. vel Ab. Quod intelligendum de eo qui omninò non videt, audit, & c. & tantum de vitio perpetuo. per d. §. mutus. Har. li. 2. quest. 32. n. 14. Quod si talis, Feudo ablato, egenus esset, tantum ei relinquendum est, quantum ad sustentationem sufficit. d. §. mutus.* (e) *§. qui clericus t. 26. li. 2. F. t. de mil. vas. t. de F. foem. & c. nec si per substitutum seruire velit: quia illud tantum admittitur, si quis ius in Feudo habet. Har. Pist. li. 2. quest. 33. n. 5. & c. Nisi francum sit Feudum, & c.*

XXXIX.

Fœminæ quoque in Feudis non succedunt, (a) nec ex ijs prognati: (b) nisi in Feudo fœmineo, (c) franco, (d) aut pro fœminis quoque concessio. (e) Sed nec his casibus admittuntur extantibus masculis: (f) non tamen ita ut semel admiffæ, à superueniente masculo excludi: (g) aut semel exclusæ semper exclusæ esse debeant. (h)

a) §. filia

2) §. filia verò. de succ. Feu. t. an mut. surd. tit. quemadmodum Feud. ad fil. t. de succ. fra. §. ad filias. t. i. §. hoc autem. li. i. F. t. de nat. succ. Feu. t. de cap. qui cur. vend. & similibus. (b) d. §. hoc autem. Ideò uterinus frater non admittitur, quia non est ex agnatis. Du. c. 11. n. 13. (c) in quo filia etiam sine pacto succedunt. per t. de nat. succ. Feu. in pr. & alibi. Du. c. 10. n. 4. (d) ar. t. 104. in frag. Respicendum. n. est in his & similib. exclusionib. ad servitia. ob qua principaliter alicui datur vel non datur Feudum. (e) pacto in inuestitura adiecto. per t. de natura suc. Feu. t. de suc. Feu. §. filia verò. & alijs locis. Aut etiam si dominus post obitum patris filiabus gratiam faciat. per t. quemadmodum Feu. ad fil. id quod in nouo indistinctè, in antiquo cum consensu agnatorum potest. Du. de Feu. c. 10. n. 5. 6. (f) per t. de eo qui sibi & har. t. Ep. vel Ab. §. quin etiam. nisi expressè dictum fuerit ut cum illis succedant. Adèd ut remotior excludat fœminam, etiam illam ex qua descendit. §. similiter. de cap. qui cur. vend. & d. t. de eo qui sibi. Si tamen sint ex eodem stipite: collateralis enim præfertur ea qua in linea primi acquirentis est. per t. de duobus fra. à cap. inuest. Du. d. c. 10. n. 12. (g) arg. regula, ne dominia in incerto sint. Cl. §. Feudum quest. 80. n. 1. (h) de quo Hart. Pist. lib. 2. quest. 36.

X L.

Filius exheredatus non succedit in Feudo patris, (a) sed in Feudo aui; (b) neque repudiata hæreditate succedit: (c) in Feudo hæreditario nemo nisi sit hæres vasalli (d) nec maritus vxori, aut vicissim (e) nec extraneus nisi in Feudo merè hæreditario. (f)

a) quia iisdem causis amittit quibus exheredatur. tit. 24. li. 2. F. (b) si antequam id acquisiuit, pater moriatur. ar. l. filiusfamiliàs. 114. §. cum pater. de leg. 1. Moz. de subst. Feudi, & c. n. 72. (c) t. 51. §. filius. lib. 2. F. t. an ag. vel fil. (d) per verbum (hæres) quod in inuestitura positum qualitatem hæreditariam denotat. Har. Pist. li. 2. q. 1. n. 59. (e) t. de inuestit. quam Titius. 13. lib. 2. F. t. an mar. 15. lib. 1. F. t. de inuest. de re al. §. quamuis. VVes. de Feud. c. 6. n. 21. (f) Cl. §. Feudum. quest. 83. n. 1.

X L I.

In aliquibus Feudis prorsus nemo succedit: (a) vt in personalibus, (b) Soldatæ, (c) & olim Feudis Regalibus; (d) Feudum verò nondum agnitum quo minus transmittatur nihil impedit. (e)

a) qua Feuda non transitoria, si accipiat quis pro se & heredibus, tantum ad primum non vltiores pertinent. ar. l. 14. C. de vsuf. & hab. Sch. de Feud. par. 2. c. 4. n. 51. (b) Suprà th. 6. (c) d. th. 6. (d) per t. 14. in fi. li. 1. F. Hodiè transeunt ad hæredes, per §. præterea. t. 55. §. fin. t. de al. Feu. (e) quia venit ad hæredes ex peculiari legis prouidentia. per §. cum verò. vbi gl. t. 1. l. 1. F. qualia transmittuntur etiam non agnita. ar. l. 22. D. de adop. l. 13. §. ad hæredes. D. de in. fisci. Sch. d. tr. de Feu. par. 7. 6. 5. n. 57.

C Hacte-



XLII.

Hactenus de successione. Ius accrescendi in Feudis nullum est: sed est potius tantum successio.

Per tit. 1. §. cum verò. in fine. lib. 1. Feu. & t. 18. lib. 2. F. v. Hotom. conf. 30. num. 14. &c.

XLIII.

De fine & effectibus Feudi, & eorum quæ ad eius acquisitionem pertinent.

Feudi acquirendi & constituendi modis explicatis nunc de effectibus aliquid dicendum est. Præscriptio igitur vasalli efficit, ut alienam rem concedens alicui in Feudum, per illum aut eius subvasallum directum dominium acquirat: (a) ea verò quæ fit contra vasallum, facit, ut dominus Feudum illud ad se reuersum, vasallo restituere non teneatur. (b) Promissione nuda Feudi ad id præstandum non obligatur dominus, sed solvendo interesse liberatur. (c)

a) *ar. t. 87. in frag. l. 13. l. 33. ff. de mor. causa don. (b) est enim quasi alienatum. v. Ros. c. 6. quest. 151. Et finito eius iure, qui contra convasallum partem ipsius præscripsit, reuertitur id ad dominum non eum qui amisit. arg. l. fin. C. de rem. pig. Ros. ibi. quest. 154. (c) ar. l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. exc. Sch. par. 5. c. 1. n. 8. &c.*

XLIII.

Post inuestituram abusiuam tradere possessionem vasallo tenetur dominus, (a) vel eius successor, (b) nisi sit clericus. (c) Dominium verò vel possessio vasallo ex abusiva inuestitura non acquiritur. (d)

a) *per §. si facta. si de Feud. def. (b) per t. qui succ. Feu. t. qui succ. ten. Etiam Imperatoris. ar. N. 134. c. 6. Sch. par. 4. c. 1. n. 21. (c) per dd. tt. & t. de cleri. qui inuest. fec. illi enim non ratione successionis, sed per electionem substituuntur. Nisi cum consensu capituli inuestierint aliquem, in casum quo ad Ecclesiam recidat: capitulum enim non moritur, unde eius consensus semper præstandus est. Har. Pist. lib. 2. qua. 27. sed etiam sine eius consensu obligatur successor, si Feudum Ecclesie apertum sit tempore antecessoris. per d. t. qui suc. ten. vers. sed si ille. ibiq. Cuiac. & t. 26. §. moribus. lib. 2. F. (d) Sch. part. 5. c. 2. n. 15. Ros. de Feu. c. 6. quest. 11. quamvis dissentiat Duar. c. 7. n. 6. per. l. heredes. de acqui. poss. Unde etiam, si uno inuestito abusive, dominus alteri tradat possessionem, is præfertur. ar. l. quoties. C. de R. V. Hart. Pist. lib. 2. quest. 29. num. 14. &c.*

XLV.

Successio filij in Feudo hoc efficit, ut ex eo debita patris solvere

soluere teneatur, (a) quod agnatus tenetur tantum facere ex Feudi fructibus. (b) Sed tam successione, quam praescriptionem & veram inuestituram, sequitur hic ultimus Feudi finis & effectus, ut vasallus beneficio & utili dominio fruatur, & domino vicissim is fidelitatem & seruitia praestet.

a) per. tit. an ag. vel fil. à quo onere per inuentarium non liberatur: nec in Feudo hereditario, quia inuentarium liberat tantum ab ere alieno extra vires hereditarias. Har. Pist. lib. 2. quest. 1. n. 73. nec in Feudo ex pacto: quia inuentarij usus est in hereditate de qua incertum est an onerosa sit: huic verò manifestè d. t. onus soluen- di imponit. Har. Pist. lib. 2. quest. 2. n. 43. (b) d. t. an agn. vel fil. (c) t. 23. in fin. lib. 2. F.

XLVI.

Seruitia ista 6. capitibus contineri supra dixi: (a) quorum tamen certus numerus dari non potest: sed requiruntur in genere (inhonesta, illicita, impossibilia & immoderata semper excipi palam est,) (b) omnia quae fidelitatis & reuerentiae ratione continentur, (c) praecipue in bello: (d) nisi forte certa tantum in inuestitura requisita sint. (e)

a) th. 25. & infra latius. (b) per t. hic fin. lex. in pr. l. impossibilium. de reg. iur. l. si libertus ita. de oper. lib. l. filij. 15. de condit. Inst. (c) ut patet ex t. de no. for. fid. (d) etiam obpriuatam causam. §. licet. ibi, si tamen sciat ei magnum periculum imminere. t. 26. lib. 2. F. & tit. de n. for. fid. in pr. Modo iusta causa sit: nam in iniusta propter dominum neminem offendere. d. t. hic fin. lex. & tit. de no. for. fid. ibi si sciuerit, &c. sed dominum tamen defendere tenetur: quia omnis sui defensio videtur iusta. l. ut vim. ff. de iust. & iu. cum siml. Ros. cap. 8. quest. 5. (e) ubi ad plura non tenetur. per gl. t. de cap. qui cur. in fin. nisi ad officialia fidei ac reuerentia. VVesenbec. de F. cap. 9. num. 14.

XLVII.

Cumque seruitia ex Feudo debita quemlibet possessorem sequantur: (a) plures etiam haeredes vasalli ad seruitia omnes obligantur. (b) At domini haeredibus socijs non omnibus seruire tenetur vasallus: (c) & petente simul mediato & immediato, hunc debet praeferre. (d) Et contra omnes, excepto Imperatore, Rege, & antiquiore domino, (e) contra mediatum, pro immediato, (f) non contra aliquem illorum. (g)

a) ar. l. 23. §. si fundus. ff. de ser. rust. prad. idè emptor, creditor, &c. qui fructus percipiunt, seruitia prestare debent. Sch. par. 6. c. 6. n. 18. &c. (b) unum tamen tantum seruitium debent, si pro indiuiso possident. tit. 77. in frag. ad quod singuli in solidum obligati sunt: eligere verò debent unum ex seipsis qui seruitia prestat. Sed si diuisum sit, pro sua parte singuli seruiunt. d. t. 77. (c) Sicut supra de fidelitate quoq; dixi: sed aut ipse aut illi eligere debent, cui illa prestantur. ar. l. non plures. de exer. act. l. æquissimum. l. quoties ff. de vsuf. VVes. c. 8. n. 26. Si tamen omninò plures dominos habeat, si quidem respectu plurium Feudorum, singulis seruire debet, aut antiquiori, vel prius compellanti. Schr. d. c. 6. n. 19. sin pro uno Feudo, tunc seruitia quæ diuisim prestanti possunt, singulis: indiuidua, primò petenti. ar. leg. 33. de leg. 1. Schrad. ibid. n. 20. (d) arg. §. illud. t. 55. li. 2. F. Domino autem maiori subuasallus tenetur seruire, iubente immediato. ar. t. de allod. §. ut autem æquitas. Duar. c. 12. n. 14. (e) Sicut etiam contra hos non iurat: sicut nec contra omnes illos, aduersus quos iuuando dominum pietatem laderet: quia th. preced. dixi ad illicita non obligari. (f) Schr. d. c. 6. n. 58. argument. d. §. illud. (g) Illis enim inter se decertantibus, utilius erit quiescere vasallum. Hart. Pist. l. 2. quæst. 47. n. 30.

XLVIII.

Debet autem vasallus seruire, aut ipse aut per substitutum: (a) & venire ad seruitia, vt ad bellum, armis & equis instructus, pro sua conditione, (b) suis sumptibus: (c) tùm demum cum vocatus fuerit: (d) nec de damno fortè in bello accepto contra dominum agere potest. (e)

a) modò domino sit acceptabilis: nec seruitium potius ab ipso vasallo requiratur. §. firmiter. t. 55. li. 2. F. cum similibus. (b) l. 50. ff. de oper. lib. (c) ar. l. suo victu. cum seqq. ff. de oper. lib. VVes. c. 9. n. 13. Nisi extra patriam abducatur. arg. l. 20. 21. ff. eo. (d) §. licet. si de Feud. def. §. ad hoc. hic fini. lex. vers. & si sciuerit. t. de no. for. fid. cum similibus. nisi magnum immineat periculum. d. §. licet. & §. ad hoc. Vocatus autem citò debet comparere, habitacione circumstantiarum. d. §. ad hoc. & obligatur etiam intra annum quo petit inuestituram: vt & pendente iudicio euictionis. per §. sed non est alia. quæ fuit pr. causa. & quia fructus percipit. Ros. cap. 6. quæst. 103. cap. 8. quæst. 57. (e) argumento leg. 2. §. si conseruatis. ff. de l. Rhod. Ros. d. cap. 8. quæst. 37.

XLIX.

Excusat vasallum morbus, paupertas, (a) ætas, (b) certum periculum vitæ, vel nimia aduersarij potentia: (c) item si dimidium redditus illius anni domino dederit, (d) & similia: non etiam sexus vel alia inhabilitas. (e)

a) Ros.

a) Ros. c. 8. quæst. 46. de Feud. (b) vel nimis grandis. arg. §. itē maior. l. de exc. tut. potest & debet tamen per substitutum seruire. Ros. d. q. 46. vel pupillaris. §. si quis decesserit. t. 26. li. 2. F. nec per substitutum seruire tenetur. (c) ut domino prodesse sua presentia non possit. Sch. par. 6. c. 6. n. 34. & c. (d) §. firmiter. t. 55. li. 2. F. Idem est si dominus pignoraui, ut fructus ex eo percipiat. Schr. ibi. n. 3. (e) inhabilitas existens iam tempore accepti Feudi. censetur enim secundum naturam Feudi admissus inhabilis. arg. l. 6. §. irritum. ff. de iniust. rup. & c. Sch. d. c. 6. n. 10. 67. ideò si ipse non potest, tenetur per alium seruire.

L.

Et ad hæc quidem vasallus est obligatus domino: Dominus verò vicissim ipsi de euictione: (a) eiq; vices omnium quæ ab ipso accepit reddere debet: (b) exceptis ijs in quibus aliqua diuersitatis ratio inter ipsos est, (c) & ijs quæ pacto speciali inter ipsos constituta sunt. (d)

a) t. de inu. dere al. facta. t. si de F. vasal. ab aliquo. dummodo vasallus ignorauerit rem esse alienam, aut pacto sibi de euictione cauerit. l. si fundum. 27. C. de euict. (b) t. de for. fid. in fin. ideò eū iuuare in pralio, non laedere, debet, etc. per t. 47. t. 26. §. domino. li. 2. F. (c) ut in iuramento, ad quod dominus non tenetur. Duar. c. 13. n. 8. & in reuerentia, quam non debet dominus vasallo. Sch. par. 6. c. 7. n. 14. & similibus (d) ar. l. 99. in pr. l. 126. §. Chryfogonus. ff. de V. O. v. V. ves. de F. c. 8. n. 25.

L I.

Vsumfructum ex Feudo filij patri non dari communis est opinio: (a) qua de causa commoditates & fructus ad tempus vita suæ cuiuis alienare potest: (b) & seruitutem ei imponere. (c) Sed ipsius Feudi vsumfructum alij constituere nequit. (d)

a) Sch. de F. par. 7. c. 6. n. 6. argumento est Aut. excipitur C. de bon. qua lib. cum nec post mortem ius aliquod in eo habeat. v. Moz. de natural. F. n. 49. (b) Cla. §. Feudum. q. 31. n. 9. quia sunt de proprietate vasalli. V. ves. c. 11. n. 6. (c) in suum præiudicium, non domini nec agnatorum: ne longissimo quidem tempore. §. quid ergò. vbi glossa. t. de inu. dere al. facta. (d) quia est species alienationis. l. fin. ver. sed etiam vsumfructus donationem. C. de rebus al. non alien. Clar. §. Feudum q. 37. n. 2.

L II.

Sequitur de alienatione Feudi: Alienare Feudum inuito domino Vasallo non licet: (a) generaliter accepto vocabulo alienationis: (b) ita vt nec permutare, in solutum aut compensationem dare, (c) nec vltima voluntate relinquere, (d) nec in perpetuam Emph. dare, (e) nec ad longū tempus locare, (f) nec

De alienatione Feudi.

C 3

libel-

libellario nomine, (g) nec in dotem dare, (h) nec pignora-
re, (i) nec transigendo aut compromittendo in alium transf-
ferre Feudum possit. (k)

a) t. 52. t. 55. lib. 2. F. cum similibus. (b) pro omni modo quo dominium velius ali-
quod F. in alium transfertur. arg. t. 55. in pr. ibi. vel quocunq; modo distrahere vel alie-
nare. V. ves. de F. c. 11. n. 3. (c) arg. l. dedisse. 76. ff. de V. S. l. 43. in pr. ff. de leg. 1. (d) de
quo supra. (e) gl. in pr. t. 55. per c. 1. §. alienationis. & c. 3. N. 7. (f) in §. donare. t. qual.
olim F. pot. ali. permissum est locare: sed non ad longum tempus, quia est species aliena-
tionis. per d. §. alienationis. No. 7. V. ves. de F. c. 11. n. 7. (g) d. §. donare. Cl. quest. 33. n. 2.
(h) pro filia. d. §. donare. nisi ad victā suam. argumēto c. n. 5. per 6. §. postulati extra de
don. int. vir. & uxorem & ibi gl. verb. quoad vixerit. quod tamen limitatur per Har.
Pist. q. 37. li. 2. Mulier verò suo marito Feudum in dotem dare potest. per t. de inu. quam
Tit. t. 13. li. 2. F. t. an marit. suc. in Feudo. etiam sine consensu domini, quia ius suum non
alienat, nec praiudicat iuri domini: modo non det estimatum, quia tunc equiparatur
venditioni. nec cum conditione de dote lucranda. Cl. §. F. q. 36. Dotalitij eadem que do-
tis est ratio. d. §. postulasti. (i) t. 55. in pr. ad eò ut nec in generalem bonorum obligatio-
nem veniat. §. in generali. t. 26. & in pr. t. 51. lib. 2. Feu. Cl. quest. 35. (k) Ros. d. Feu.
c. 9. quest. 19. 21.

LIII.

His similibusq; casibus alienatio, neque in casu necessita-
tis, (a) nec in Feudo franco, (b) nec vt melius reddatur, (c) per-
missa est. Scriba qui instrumentum talis contractus sciens scri-
psit, priuatus officio, manum cum infamia amittit. (d) Em-
ptor, precium recuperat, si bonæ fidei fuerit, (e) secus si ma-
læ. (f)

a) per t. qual. olim. poterit tamen licentiam petere à domino. Cl. q. 31. n. 11. Schr.
par. s. c. 1. n. 20. (b) quia impropria, exceptis ijs ob quæ quoduis improprium dicitur, per
omnia cum proprijs cōueniunt. (c) arg. l. 13. §. 7. ff. de usufr. cum similibus. Sch. par. 8.
c. 1. n. 49. & c. (d) §. scriba. de proh. F. al. per Frid. (e) tunc quando Feudum, vt illicitè
alienatum, euincitur. per pr. in fin. d. t. de proh. F. al. (f) gl. ibidem.

LIIII.

Confirmantur omnes alienationes, licitæq; fiunt, consen-
su eius, qui rectum dominium habet, (a) vt domini: (b) maio-
ris, in subalternis: (c) omnium, vbi plures sunt. (d) vel eius qui
vicem illius gerit, vt Prælati in Feudo Ecclesiastico, (e) item vi-
carij seu proregis. (f)

a) quia cum eius praiudicio fit alienatio. v. Ros. de Feu. c. 9. quest. 37. (b) per t. 55.
in pr. vers. sine permissione illius domini. t. 52. verb. sine ipsorū permissione. vers. hortatu.
t. 9. §. do-

l. 9. §. donare. li. 2. t. 13. §. si verò. li. 1. F. cum similibus. (c) quia immediatus alienare ipse non potest, sine consensu maioris domini nisi habeat ius alienandi. (d) quia omnium par ius est Ros. d. c. 9. q. 34. (e) quamvis tutius sit à capitulo. petere consensum. v. Ros. d. c. 9. q. 39. (f) Ros. ib. q. 38. nisi specialiter ipsi prohibitum sit.

L V.

Hæc in nouo Feudo sufficiunt, (a) in antiquo requiritur etiam consensus agnatorum, (b) & simul inuestiti in inuestitura simultanea. (c) Consensus autem æstimatur in cæteris ex iure ciuili, (d) ita vt tacitus, (e) & ex postfacto accedens, (f) sufficiat, &c. modo qui generalis est, non de quauis persona, (g) nec in præiudicium domini intelligatur. (h)

a) adeò vt pater filijs præiudicare possit: acquiritur enim filijs demum ius post patris mortem: & qui contraxerunt contractum dissoluere possunt. v. Har. Pist. li. 2. q. 4. (b) vt reuocari non possit. per t. de al. F. pat. (c) non enim potest vnus ex ijs ius successionis quod alter in suo Feudo habet ei auferre. Har. Pist. li. 2. q. 24. (d) si qua iure Feudali expressa non sunt. per t. de Feu. cog. (e) gl. in §. præterea. quib. mod. amitt. l. 3. ff. si cer. pet. Ex patientia 10. annorum consensus præsumitur. l. 10. C. de pet. her. V. v. de Feu. c. 11. n. 14. sed vbi contrarium probari potest, non nisi post 30. annos ei scientia & patientia nocet. per t. 55. ibi nulla præscriptione obstante. t. de cap. Cor. §. præterea. & ibi gl. (f) Myns. cent. 4. ob. 87. ar. l. 56. ff. de iud. cum similibus. etiam post mortem vasalli. per l. 1. §. prodest. ff. quod legat. Schrad. par. 8. c. 4. n. 3. &c. (g) non de inimicis domini: non de Ecclesia. per t. de al. 13. li. 1. F. (h) non enim videtur dominus sibi voluisse præiudicare in suo dominio. Ros. c. 9. quest. 33.

L V I.

Absq; consensu potest alienari Feudum hæreditarium: (a) item aliud etiam Feudum ijs qui ipsi in Feudo succederent. (b) Semel consentiens poenitere nequit: (c) & si pactum alienationis in inuestitura accessit, non de nouo consensus requiritur. (d) Sicut etiam ex consuetudine aut Statuto alienare licet. (e)

a) scilicet merè hæreditarium, quod datum est vasallo & quibuscunque hæredibus. Vel etiam quod datur vasallo & cui is dederit. t. de Feu. non habente prop. naturam. (b) per §. si verò. t. de al. Feu. (c) per l. 36. ff. de pact. Schrad. de Feu. par. 8. c. 4. num. 6. &c. (d) quia pacta inuestiturae semper valent. (e) modo non fraudulento. Ros. c. 9. quest. 92.

Quibus



LVII.

Quibusdam modis alienare ex ipso iure Feudali, sine consensu domini, (a) permittitur: ut, subinfeudare vasallo & subvasallo, &c. usque in infinitum (b) licet: modo fiat. 1. sine fraude (c) 2. eiusdem conditionis homini. 3. iisdem conditionibus quibus ipse habuit (d) etiam in parte Feudi. (e)

a) nisi pactum de non alienando accesserit in investitura: cuius certè nullus effectus, nisi in his alienationibus lege permittis, esse potest. (b) tex. in §. similiter. de lege Cor. nisi consuetudo aliud velit. (c) ut si quis prae-textu investitura vendat aut alio modo alienet. t. 55. §. callidis. li. 2. F. fit etiam in fraudem, si det post mortem, aut quando nullam amplius spem liberorum habet. gl. in §. sed etiam res. t. 3. li. 2. F. (d) d. §. similiter. de leg. Cor. §. beneficium. si de Feu. def. et in pr. t. qual. olim. (e) d. t. qual. olim. ibi. si verò totum vel partem.

LVIII.

Item refutare, (a) vel domino, etiam invito, (b) Feudum etiam conditionatum, (c) non tamen ligium: (d) vel successoribus Feudi, (e) non etiam extraneo. (f)

a) ita ut non praerudicet agnatis in antiquo. (b) t. de vas. qui contra const. Loth. s. de Vas. decrep. at. t. de eo qui fin. fec. ubi liberatur à seruitijs domino debitis: ita tamen ne illum offendat. d. t. de vas. qui cont. const. (c) per d. t. de vas. 38. li. 2. F. (d) gl. c. pastoralis. cl. de re iud. quia persona unà cum re est obstricta. Moz. de diu. F. n. 68. (e) idq; siue antiquum siue nouum sit: modò nouum tantum proximiori agnato refutet. (f) est enim alienatio.

LIX.

Ita quoq; diuidere (a) Feudum cohæredibus absq; domini consensu, licet: (b) nisi Feudum sit Regale, quod diuidi non potest, sed vni totum datur. (c)

a) diuisio pro alienatione habetur. l. 1. C. communia vtr. Iud. (b) tex. in §. omnes filij. & ib. gl. si de F. def. §. prae-terea Ducatus. t. de prohib. F. al. per Frid. §. item si fuerint. quibus mod. F. amit. (c) d. §. prae-terea.

LX.

Dominus quoque proprietatem vel directum dominium alienare non potest: (a) nec vasallum inuitum repudiare: (b) nec quicquam in praerudicium ipsius aut successorum, illis inuitis, mutare. (c)

a) §. prae-terea Ducatus. t. 55. li. 2. F. §. ex eadem. de leg. Cor. arg. t. de for. fid. in fin. §. domino. si de Feu. def. nisi cum tota vniuersitate alienet. per gl. in d. §. ex eadem de quo

quo infra. (b) non enim potest ipsi sine culpa Feudum auferre. (c) quia ius semel agnatis quassitum dominus non potest auferre. & fac. t. de al. Feu. pat. t. 8. §. 1. lib. 1. F. Du. c. 10. n. 6.

L X I.

Feudum cum consensu quidem domini, sed absq; consensu succedentium alienatum reuocari potest. (a) Sed filiis omnino reuocatio nullo textu iuris Feudalis, nec in nouo, (b) nec in antiquo Feudo, eoque tam hæreditario, (c) quàm ex pacto & prouidentia conceditur. (d) Inuestito in spem mortis eius qui possidet, similiter non licet reuocare: sed simul inuestito licet. (f)

De reuocatione Feudi alienati.

a) quia ut sæpè iam dixi, antecessor successoribus non potest præiudicare. cum limitationibus tamen quæ sequuntur, (b) quia in præiudicium successorum, id est filiorum, potest nouum Feudum vasallus alienare: ut supra dixi. (c) quia in hoc idè est quod in nouo (d) teste Har. Pist. li. 2. q. 13. n. 34. Quin imò videtur pugnare cum §. Titius. t. si de Feu. def. ibi, quod si Titius filios, etc. Quamuis in antiquo Feudo durum videatur: et propterea communiter ab interpretibus ius reuocandi ex æquitate filiis tribuitur. (e) arg. t. de F. dato in vic. l. commis. §. si quis inuestierit. ibi, dummodo eo viuente, etc. Et argumèto eius quod supra dixi, quod aliquo abusu inuestito, nihilominus alter verè inuestiri possit. (f) ad similitudinem agnatorum, in t. de al. F. pater. quia et illius consensus in alienatione requiritur.

L X I I.

Antiquum verò ex pacto & prouidentia reuocare possunt agnati proximiores, si non consenserunt, (a) & his defunctis, qui eos proximè sequuntur, (b) etsi tempore alienationis nondum nati fuerint: (c) siue in extraneū, siue in remotiorem alienatum sit, (d) siue ex paribus gradu in vnum tantum. (e)

a) consensu iuri suo renunciant. v. t. de al. F. pat. & §. Titius. ibi, quod si consensit. t. 26. lib. 2. F. (b) etsi priores non reuocârint, pertinet enim ad eos Feudum ordine successiuo. Har. Pist. lib. 2. quest. 6. n. 35. Adèd, ut, si proximiori quis alienârît, & is ante alienatorem decesserit, potest illum sequens reuocare, ne ad hæredes accipientis transeat. Ius enim agnati incipit demum post mortem vasalli. (c) quia pertinet ad omnes qui extituri sunt. Har. Pist. ibi. n. 37. Ros. de Feu. c. 9. q. 120. & c. (d) de extraneo satis manifestum est: & de remotiori agnato. per §. Titius. si de F. def. (e) Eadem est enim ratio: sc. quia morte alienantis resoluitur ius accipientis.

L X I I I.

Reuocant autem vel nullo reddito pretio post mortem alienatoris, (a) intra triginta annos, (b) à morte alienatoris,

D

vel

vel agnatorum consentientium numerandos (c) vel reddito pretio, viuo alienatore, (d) intra annum à tempore quo sciuerunt contractum factum. Sed hoc ius $\pi\rho\lambda\upsilon\mu\eta\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$ non habet locum in alienatione titulo lucratiuo facta: (f) & hoc amisso nihilominus adhuc altero vti potest. (g)

a) §. Titius. si de Feu. def. §. hoc quoque. de succ. Feu. & tit. de al. Feu. cum similibus. Quia ius habet in Feudo vasallus quamdiu viuit & interim eius successores non. (b) gl. in d. §. Titius. Quae prescriptio in iure Feudali praecipua est. §. si quis per. 30. t. 26. §. porro. t. 9. lib. 2. Feu. Har. Pist. lib. 2. quaest. 8. n. 9. fa. §. praeterea. de cap. Cor. & in fin. pr. t. 55. li. 2. F. (c) quia ante nullum ius reuocandi habuit. idè id prius quoque prescriptione tolli non potest. arg. l. 1. C. de an. excep. Ros. c. 9. quaest. 120. (d) d. §. Titius. & d. §. porro. §. sed et si res. t. 3. li. 2. F. Itaq; non tantum eo modo prohibere alienationem sed et repetere à possessore possunt. Har. Pist. d. l. 2. quaest. 12. n. 1. (e) per dd. §§. quia tantum tempus in iure $\pi\rho\lambda\upsilon\mu\eta\sigma\tau\epsilon\omega\varsigma$ plerumq; numeratur. arg. c. constitutus. de rest. in integ. Har. d. quaest. 12. n. 19. (f) vt donatione vel simili, quia textus de hoc iure loquentes, cum de pretij restitutione semper loquantur, videntur venditionem intelligere. ar. l. fin. C. de prad. de cur. sine decr. non al. Idem est in subinfeudatione. Ros. de Feu. c. 9. quaest. 130. Altera reuocatio in omni alienatione locum habet: sicut nec subinfeudationem ratam habere tenentur agnati, iure Feudi ad se deuoluto. arg. §. rursus. quib. mod. Feu. am. Har. Pist. li. 2. quaest. 44. n. 6. (g) vni enim iuri renuntians, non potest videri etiam alteri renuntiasse.

LXIII.

De amissione
Feudi.

Amittendi Feudi vnam tantum esse causam, ingratitude nimirum seu perfidiam, & improbitatem vasalli tradit Cuiacius: (a) quae tamen in multas species diuisa est: quarum aliae committuntur in dominum & ipsi coniunctos, aliae in alias personas, aliae aduersus iuramenti fidelitatis & inuestiturae conditiones. (b)

a) ad t. 2. li. 1. F. pag. 49. (b) has diuisiones Felonia sequentia Exempla ostendent.

LXV.

In dominum delinquit qui haec capita non obseruat: incolume, tutum, honestum, vtile, facile, & possibile. (a) Incolume, si in corpore domino damnum det: (b) vt si eum vita membroué priuet: (c) aut alia graui iniuria afficiat: (d) vitæ eius gladio vel veneno insidietur: (e) aut in dominum castrum ué eius vel locum vbi est assultum faciat: (f) aut cum in prælio,
non

non mortuum, nec lethaliter vulneratum, deserat: (g) aut eum captum sciens, cum possit, non liberet. (h)

a) *t. de forma fid.* (b) *d. t. vers. incolume.* (c) *t. de nou. for. fid. vers. ego iuro* (d) *§. porrò. t. qua fuit pr. causa.* (e) *d. §. porrò.* (f) *d. t. qua fuit pr. causa. §. porrò. & §. similiter.* (g) *d. t. in pr. & t. de Feu. sin. culp. non am. in fin. idq; licet dominus vincat: quia delictum commissum nihilominus à vasallo est. Ros. de Feu. c. 10. quest. 9. & seqq. Schr. de Feu. par. 9. c. 1. n. 4.* (h) *d. t. qua fuit prima causa. §. item si delator. pro domino tamen ob as alienum detento soluere non tenetur, ut eum liberet. arg. §. licet. t. 26. li. 2. F. nisi propter factum vasalli as alienum à domino contractum sit. Schr. de Feu. par. 9. c. 8. n. 9. 10. Ros. de Feu. c. 8. quest. 52. v. Ioan. Gars. de exp. & mel. c. 12. n. 77. Cl. quest. 24. Ioh. Fab. com. in Cod. pag. 24. n. 44. Sed hoc casu Feudum non amittit omninò contumax vasallus. sed instar iudicialis vel pratorij pignoris Feudum occupabitur à domino: tandiu, dum ex eius fructibus debitum solutum sit. vel etiam partem eius licebit vendere. in solutum accipere totum Feudum non debet. semper enim salua est oblatio l. 8. C. de distract. pignor. l. 1. ibidem.*

L X V I.

Tutum tunc, quando scienter & malo animo secreta domini enunciârit: (a) munitiones & castra domini hostibus traderit: (b) aut alio modo proditor appellari possit. (c)

a) *t. de nou. forma. fid. t. quibusmodis Feu. am. 17. li. 1. F. aliqui putant hoc tantum verum esse si damnum sit secutum. Gothof. ad d. t. 17. Ros. de Feu. c. 10. quest. 60. qui tamen ait, eo casu quo hostibus secreta enunciauit, priuari Feudo, et si damnum non sit secutum. d. c. 10. q. 61.* (b) *t. de forma. fid. vers. Tutum.* (c) *arg. t. an ille qui interf. 37. ibi, hominem tradendo. li. 2. F. Ros. de Feu. c. 10. quest. 62.*

L X V I I.

Honestum, si domino quoad iustitiam vel alias causas ad honestatem pertinentes detrimento sit: (a) vt si ei iustitiam facere nolit, (b) vel iniquam contra eum sententiam dicens, (c) vel ter citatus non veniens in Iudicium: (d) si domino sub poena amissionis Feudi iubenti aliquid quod sit de natura Feudi non pareat: (e) si turpiter ludat cum vxore domini, vel cum ea, aut filia, nepte, nuru, sorore domini, si innupta sit, rem habeat. (f) Ad priuationem quoq; Feudi ex contemptu domini refertur alienatio illicita: (g) vt & si quis patiatur alium Feudum contra se præscribere. (h)

D 3

a) t. do

a) *t. de forma fid. vers. honestū.* (b) *§. illud tamen. t. 24. li. 2. F. quod significat, iudicare iniquè, vel nō cōparere ad citationem. Cui. ad tit. 1. li. 3. p. 182.* (c) *per t. de forma fid.* (d) *de quo infra,* (e) *quia videtur dominū cōtemnere. Ros. de F. c. 10. q. 86.* (f) *tit. quib. mod. F. amit. §. item si fidelis. t. quæ fuit pr. causa. §. rursus si domini. cum similibus. idq; et si consentiant hæ personæ. arg. l. si quis seruum. 26. ff. de iniur.* (g) *tit. 24. §. fin. lib. 2. Feu. tit. de Feu. si. cul. non am. tit. 38. ss. 52. li. 2. F. & alijs locis. Est aut alienatio illicita omnis, quæ fit sine consensu domini, ut patet ex supra dictis.* (h) *arg. tit. 26. §. si quis per triginta. li. 2. F. Dua. c. 16. n. 4.*

LXVIII.

Vtile, si damnum possessionibus eius inferat: (a) ut si gravem iacturam patrimonio domini causetur: (b) aut fisco dominum deferat: (c) aut si testis sit contra dominum in causa civili vel criminali: (d) aut Feudum deterius reddat, & à domino admonitus non desistat. (e)

a) *tit. de forma fid.* (b) *§. item si delator. quæ fuit pr. causa.* (c) *ita ut dominus ex ea delatione graue damnum patiat. d. §. item si delator. sed accusans de crimine læsæ maiestatis, aut delicto in patriam commisso, delator non est. l. ex varia. l. seruum C. de delat. li. 10.* (d) *§. similiter. tit. 33. li. 2. F. excusatur tamen necessitas.* (e) *§. quicumque advocatiam, de pace ten. t. 27. li. 2. F. magnum tamen id detrimentum esse oportet. Cla. q. 56. §. Feudum. lo. Garf. de exp. & mol. c. 12. n. 51.*

LXIX.

Facile & possibile, si domino reddat factum aliquod difficile aut impossibile: (a) cuius exemplum tradunt, si matrimonium domini, aut filia eius impediat. (b)

a) *tit. de forma fid. vers. Facile.* (b) *Schr. de F. par. 9. c. 6. n. 1. & seqq. Ros. de F. c. 10. quest. 87.*

LXX.

Generaliter quoque vasallus Feudum amittit, in dominum delinquens, si ei damnum graue impendens non amoverit, (a) vel id domino non indicarit: (b) si fiat inimicus vel hostis domini, (c) vel amicus hostium & inimicorum domini, (d) in perniciem eius: (e) aut si quo facto inimicus aut hostis domini possit præsumi: (f) v. g. si hostibus iter aut annonam præbeat domino per territorium suum innoxium transitum deneget, hostibus signum det, &c. (g)

a) *tit. de*

a) *tit. de nou. forma. fid.* (b) §. *præterea quæ fuit prima causa. Non tamen propter omnia quæ in rem domini sunt non indicata, amittit Feudum, sed tantum propter ea quæ ad eius vitam, existimationem & grandem iacturam pertinent. d. t. de nou. for. fid. tit. 26. §. vasallus si Feudum. lib. 2. F. & ibi Cui. pag. 191.* (c) *tit. quot testes sint necessarij. 57. li. 2. F.* (d) *d. tit. 57.* (e) *arg. tit. 17. ubi gl. li. 1. F. Ros. de Feu. c. 10. quæst. 27. Schr. de Feu. par. 9. c. 5. n. 27.* (f) *d. tit. 57. ibi. ut potius inimicus quàm fidelis esse credatur. Sch. de Feu. d. c. 5. n. 8.* (g) *Schr. de Feu. d. c. 5. n. 32. & seqq.*

L X X I.

Causæ, ob quas in alios delinquens vasallus, priuatur Feudo, sunt cædes quæ nomine parricidij veniunt: (a) vt si quis occidat fratrem suum, (b) vel filium eius: (c) non tamen videtur etiam ob alias cædes posse priuari. (d) Ita si incestum committat: (e) cui non videntur annumeranda alia adulteria. (f)

a) *tit. quæ fuit pr. caus. §. fin.* (b) *tit. 37. li. 2. tit. quibus mod. Feu. am. §. similiter. li. 1. F.* (c) *d. §. similiter.* (d) *argumento eius quòd qui occidit domini fratrem, non priuatur Feudo. d. t. 37. in pr. li. 2. F. v. Ros. de Feu. c. 10. quæst. 66.* (e) *arg. d. t. 37. Ros. de Feu. c. 10. quæst. 67. 68. Schr. de Feud. par. 9. c. 3. n. 1.* (f) *quia etiam cum personis domino coniunctis, vt sorore domini, committentem adulterium textus nusquam dicit priuari Feudo. Schr. de Feu. par. 9. c. 2. n. 93. & seqq.*

L X X I I.

Priuatur quoque Feudo, qui delinquit contra iuramentum fidelitatis: (a) item qui pacta inuestituræ non seruat, (b) aut ea vel Feudum scienter negat: (c) aut seruitia ratione Feudi debita non præstat: (d) inuestituram intra annum & diem non petit: (e) aut ter citatus non venit nec iuramentum fidelitatis præstat: (f) aut Feudum ab alio, quàm à vero domino, recognoscit. (g)

a) *tit. de for. fid. tit. de nou. forma. fid. Schr. de Feud. par. 9. c. 9. n. 12.* (b) *arg. §. sed non est alia. t. 24. lib. 2. Schr. de Feu. d. c. 9. n. 4.* (c) *§. vasallus si Feudum. & §. vasallus Feudum. tit. 26. lib. 2. F. secus si dubitanter respondeat nec dolosè. d. §. vasallus si Feu. & §. fin. de leg. Corr.* (d) *d. §. sed non est alia.* (e) *tit. 24. in pr. tit. 40. in pr. t. 55. §. præterea. li. 2. F. de quo plura supra.* (f) *vt si inuestitura ei sit promissa. §. 1. t. 24. li. 2. F.* (g) *et si in petitione addat clausulam, saluo honore alterius domini, per c. ea te. ex. de iurei. & ibi Cui. pag. 255.*

L X X I I I.

Multò plures aliæ causæ occurrere possunt ob quas permittitur Iudici vasallum Feudo priuare: (a) vt si quæ modo

dictis sunt similes vel maiores: (b) v. g. si vasallus nimium sæuiat in subditos, sicut ob deteriorationem, priuatur Feudo: (c) Item ob non solutum annum Canonem, (d) non solutas decimas Ecclesiæ, crimen læsæ maiestatis, vel rebellionem: aut si vasallus condat statuta contra libertatem Ecclesiæ à qua Feudum habet: (e) Item si rem cum matre, sponsa, vidua domini habeat, sicut si cum vxore, &c. (f) addunt & infames infamiâ iuris, & criminaliter damnatos vel bannitos, & quorum bona publicata sunt. (g)

a) tit. 23. li. 2. F. (b) tit. 24. §. prædictis modis. lib. 2. F. (c) arg. §. quicumq; aduocati. de pac. ten. Sch. de Feud. par. 9. c. 6. n. 61. Ros. de Feu. c. 10. quest. 85. (d) arg. c. ad Apostolica. §. præter hac. ext. de sent. & re iudicata. & c. potuit. §. fin. extra. loc. dummodo is magnus fuerit & ad illum magis quàm ad seruitia in inuestitura dominus respexerit. Moz. de Feud. c. ult. n. 115. aliàs secus ne pœna extendantur. Gribald. in communib. opinionib. lit. F. & c. Sch. d. c. 6. n. 75. vsq; ad fin. Clarus. quest. 51. Rosent. c. 10. quest. 19. & 20. Certe si tributum ratione Feudi debitum non soluat domino, eum priuari vult. Sch. par. 9. c. 8. n. 20. (e) Sch. d. par. 9. c. 8. n. 16. & seqq. (f) Ros. de Feu. c. 10. quest. 55. 56. Sch. de Feud. par. 9. c. 2. (g) Moz. d. c. ult. n. 116. Ros. de Feud. c. 10. quest. 66. & c. 7. quest. 137. Schr. de Feud. par. 9. c. 3. n. 70. 71. & c. 9. n. 16. vbi tamen notandum Feuda non publicari, sed domino deferri. Gothof. ad l. 20. C. de Epif. & Cleric.

LXXIII.

Illas quoque causas propter quas quis exhæredari, (a) donatio reuocari, (b) matrimonium dissolui potest, (c) Dd. inter causas amissionis Feudi referunt, (d) vt si dominum egen-tem vasallus non alat, (e) & similes: quæ tamen tunc modo valent, si iure Feudali contrarium non sit expressum. (f)

a) Quæ recensentur N. 15. c. 3. (b) l. fin. C. de reuoc. donat. (c) l. consensu 8. C. de repub. No. 22. (d) Cui. ad t. 1. lib. 3. pag. 183. & alij pleriq; per §. prædictis modis. t. quæ fuit pr. causa. (e) argumento donatarij qui tenetur alere donatorem, secundum gl. & Ioan. Fab. ad leg. fin. C. de reuoc. donat. & l. 1. n. 3. C. de alend. lib. à parent. & per l. alimenta. ff. de agnos. & al. lib. quod tenetur facere pro ratione fructuum. (f) Ros. de Feu. c. 10. quest. 5.

LXXV.

Nec excusatur qui dicta delicta non per se, sed per alios admisit: (a) aut qui alijs consilium dedit vel auxilio fuit. (b) Non tamen

tamen simpliciter ob hæc admiffa quisque priuandus est: sed interdum potest quis absolui à Iudice expensis circumstantijs: (c) puniuntur enim tantùm magnæ læsiones, (d) vt magna ingratitude, (e) atrox iniuria, (f) graues inimicitia, &c. (g) & tantùm quod dolo, (h) vel magna negligentia (i) commissum est.

a) *Da. arg. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm.* (b) *tit. de nou. for. fid.* (c) *arg. §. ad hoc. t. 28. lib. 2. F.* (d) *quia enim similis est donationi contractus Feudalis, etiã mediocri detrimento non debet esse in consideratione. Cla. §. Feu. quæst. 56. & quia nititur amore & honore domini. t. de Feud. dato in vic. leg. commif. in pr.* (e) *tit. 23. t. 24. §. illud enim est certum. li. 2. F.* (f) *Schr. de Feud. par. 9. c. 4. n. 48.* (g) *Sch. de Feud. d. par. 9. c. 5. num. 14. per §. inimicitia. l. de exc. tut.* (h) *t. 52. §. fin. lib. 2. F. & alijs locis.* (i) *t. 24. §. praterea. & ibi. gl. vers. negligentia.*

L X X V I.

Excusatur autem qui aliquid admittit, ex ignorantia facti, (a) iusto metu, (b) vel propter sui defensionem, (c) vel si iuris sui persequendi gratia dominum vocet in ius. *d* Et in alienatione, si perfecta non sit, vt si traditio non sit secuta: (e) vel si protestatus sit. (f)

a) *vt in assultu, c. de iniuria, & c. si errauit in persona. argument. t. 17. ubi gl. lib. 1. F.* (b) *vt si hostibus, quibus se imparem esse probabiliter metuit, transitum dederit per suum territorium. arg. l. nouissimè. 7. ff. quod fal. tut. aut. Sch. de Feud. par. 9. sect. 9. num. 66. Non enim tenetur vasallus domini salutem sua saluti antepone-
re. gl. cap. vlt. de alien. Feud. pater. Menoch. lib. 3. præf. pag. 682. num. 8.* (c) *per l. vt vim. ff. de iust. & iu. iuncta l. nemo damnum. 151. ff. de reg. iur. Sch. de Feud. par. 9. cap. 3. num. 36.* (d) *per tit. 22. §. fin. lib. 1. F. de quo etiam infra.* (e) *siue vera siue ficta, vt per constitutũ. secundũ l. 18. ff. de acquir. poss. consummatur enim alienatio modò traditione. ver. VVesen. cap. 11. num. 3. Puto autem pœnitentiam hic locum habere, sicut in omni contractu imperfecto. Inst. de emp. & vend. in prin.* (f) *se non alio modo quàm cum consensu domini & eo iure quo possit, velle alienationem valere. Ro. de Feud. c. 9. quæst. 98. & c.*

L X X V I I.

Hactenus dictum est quibus modis amittat Feudum vasallus ex delicto suo. Sed absq; delicto quoque vasallus Feudo priuari

priuari potest. Et quoad impropria, Feudum guardia & castaldia, & quod pro mercede alicuius rei datur, transacto anno potest auferri: (a) alia impropria amittuntur eodem iure quo propria. (b) Antiquo iure & alia Feuda minimis vasallis auferre poterat dominus, quodocunq; voluerat: (c) quod tamen est correctum. (d)

a) *t. de Feud. guar. in pr. t. 81. in frag. Ard.* (b) *tit. de Feu. non habente prop. naturam.* (c) *tit. 1. in fin. li. 1. F.* (d) *per. t. de natura Feu. gl. t. 1. ver. Feuda accipiunt. lib. 1. F.*

LXXVIII.

Hodiè certè manet Feudum in familia in sexu masculino, & quilibet retinet pro se Feudum per totam suam vitam, (a) si culpam non committat: nisi fiat clericus vel monachus, (b) item mutus, surdus, cæcus, vel aliter ad seruitia inhabilis: (c) vel dominus velit illud Feudum Ecclesie dare: (d) vel vasallus id in manus domini ipse refutauerit. (e) His adiungo, quod qui in parte tantum, vel contra vnum dominum deliquit, parte tantum priuatur. (f)

a) *ut patet ex tit. 1. lib. 1. Feud.* (b) *§. qui clericus. t. 26. li. 2. t. de vas. mil. qui ar. bel. depof.* (c) *t. Epis. vel Ab. §. fin. quod tamen de nouo tantum feudo videtur intelligendum. per t. an mutus. c. 36. ubi gl. lib. 2. F. v. Cui. pag. 64. c. 229.* (d) *tex. in tit. de allod. §. si verò contigerit: ubi per gloss. tenetur dominus vasallo ad interesse.* (e) *de quo supra.* (f) *de vas. qui contr. const. c. 38. lib. 2. F. c. alijs locis. Clarus quest. 53.*

LXXIX.

Potest etiam fieri, vt alter propter alterius culpam Feudum amittat: vt Ecclesia propter delictum Prælati in dominum commissum: (a) Item Feudum ciuitati datum amittit ciuitas ob delictum maioris partis ciuium: (b) Item vxor quoque suum Feudum propter mariti delictum: (c) Item propter delictum filij vel alterius domestici vel subuasalli amittit quis Feudum. (d) Filius certè propter delictum patris, iure successionis priuatur, sicut etiam omnes ex eo descendentes. (e) Vasalli verò immediati delictum subinfeudato non nocet. (f) Ex duobus fratrib. idem feudum possidentibus si

vnus

vnus deliquit non etiam alter Feudo priuatur: quod in Feudo quidem diuiso vel diuiduo manifestum est: (g) in indiuiduo, pro diuersitate delictorum, domino vel fratri aperiri patet. (h) Similiter dicendum inter cohæredes eum tantum priuari qui deliquit. (i)

a) §. fin. de cap. Cor. & ibi gl. ac Dd. & ex huius similitudine ciuitas propter suam administratorem, si tamen ei eadem qua Pralato sit concessa administratio. Ros. de Feu. cap. 10. quæst. 15. sed tantum quando sunt in officio, qui deliquerunt. per d. §. fin. de cap. Cor. (b) arg. l. 7. §. fin. ubi glo. ff. de pact. in simili quæstione Moz. cap. ult. num. 97. It tamen, qui non sunt participes sceleris, sua priuata Feuda non amittunt. arg. c. Romana. §. fin. de sent. excom. in 6. multos etiam infamia, iustus metus, & similia excusabunt. Sch. de Feud. 2. par. 9. par pr. sect. 9. quæst. 36. (c) si id ei in dotem dederit. l. Fund. 17. ff. de fund. dot. l. in reb. 30. C. eod. Auth. siue à me. C. ad S. C. Vell. quando matrimonium durauerit argument. Pralati. Sch. de Feu. d. sect. 9. quæstion. 39. (d) ex §. in super. de prob. Feud. al. per Frid. nisi eos deducat ad dominum ut ipsi satisfaciant: vel illos iussu eius à se separet. d. §. in super. excepta uxore, quam non teneri eum à se separare Dd. sentiunt. Moz. de Feud. cap. ult. num. 117. Sch. de Feud. par. 9. cap. 7. num. 174. (e) per tit. si vas. Feud. pr. & t. 26. §. si vasallus culpam. lib. 2. F. Hart. Pist. quæst. 16. lib. 2. (f) sed quomodocumq; vasallus maior Feudum amittat, dominus subinfeudato illud relinquere tenetur, si eadem qua primus seruitia prestare velit. tit. qualiter ol. Feud. pot. al. 9. lib. 2. F. Ioan. Fab. in l. t. de usufr. §. finitur. n. 4. (g) quia pœna personam delinquentis non egreditur. l. sancimus. C. de pœn. facit etiam t. 93. in frag. Ardiz. (h) de quo infra dicetur. (i) donec ipse & eius descendentes viuunt, quibus deficientibus illa pars recidit ad alterum cohæredem. t. 78. & ibi Cuius. in frag. Ard.

L X X X.

Quæritur, an vasallus maiorem suo domino dignitatem adeptus, teneatur nihilominus ei seruitia præstare? Respon. ipsum aut per substitutum seruire debere, aut Feudum amittere. (a) Possit etiam dubitari, an teneatur ei fidelitatis iuramentum præstare? puto nihil detrahi eius dignitati, si fidelitatem præstet ei, qui ipsi subiectus non est. (b)

a) secundum tit. 100. in frag. Ard. potest enim quis ob iustam causam (qualem certè præstat dignitas vel officium publicum) per alium seruire & ita Feudum retinere. §. si quis decefferit. tit. 26. §. firmiter. tit. 55. lib. 2. F. (b) potest enim una persona plurium personarum vicem gerere, prout diuersa iura in eam concurrunt (Hart. Pist. tit. 1. quæst. 24. num. 52.) & ita superior & inferior haberi. Imperatorem verò vel alium Principem suo subdito fidelitatem seu hominum præstare debere non puto. v. Hor. quæst. illust. 35.

E

Non

Non solum autem delicta post acceptum Feudum commissa Feudo priuant: sed & si, antequam mittatur in possessionem, delinquat quis, potest exceptione remoueri: (a) sed Feudum iam traditum non potest reuocare dominus. (b) Potest tamen filius, qui ius succedendi in Feudo habet, pro suo delicto satisfacere domino, patre viuento, vt ita Feudū non perdat. (c) Itaq; ius successionis, item ius quod quis ex simultanea & abusuua inuestitura, aut ex promissione Feudi habet, per eadem delicta, quæ suprā recensui, amittitur: (d) Vbi verò delictum, vel alia priuationis causa non est, nuda pœnitentia dominus Feudum quod promisit reuocare non potest. (e) Vno illo casu, quo alicui Feudum ex causa remunerationis dedit, vt quia ipsum ab hoste, à latronibus, &c. liberauit, Feudum ex nulla causa adimere posse videtur. (f)

a) Ros. de Feud. c. 10. quæst. 103. (b) si sciuit delictum commissum esse. gl. in t. quo temp. miles. verb. mensem. arg. l. si uxor. 13. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. quia uidetur culpam remisisse: excipio si iussu iudicis, cum fuerit inter eos controuersia, cum inuestierit. t. de controu. int. Epis. & vast. secus si ignorauit. argumento t. 3. §. personam verò. lib. 2. F. & arg. l. si quis testibus. 17. C. de test. l. fin. §. si autem nescius. C. de furt. & qua de nouo emergunt, auxilio indigent. l. de state. §. ex caus. ff. de interr. act. l. 12. ff. de transf. (c) d. §. insuper. tit. 55. l. 2. F. (d) ex modo dictis rationibus. & v. Schr. de Feud. par. 2. 9. par. pr. sect. 6. (e) sed eius possessionem vasallo tradere cogitur. t. 26. §. facta. lib. 2. F. (f) arg. l. si pater. 34. §. 1. ff. de donat. Ros. de Feud. c. 10. quæst. 96. Dissentit Pinel. l. 1. C. de bon. mat. par. 3. n. 64. vers. infertur decimo septimo. p. 342.

LXXII.

Malæ autem cogitationis pœnam sicut iure ciuili, ita etiam Feudali, nemo patitur: (a) conatus autem punitur, si infidix acceperint: (b) aliàs non punitur conatus, (c) nisi delicti maioris, non sequuta pœnitentia, (d) vt in stupro vxori domini inferendo. (e) Si ultra conatum iam omnino admissum sit, id ex quo Feudum amittitur, pœnitentiæ locus non est: vt si vasallus Feudum vendidit, licet statim recuperarit: (g) Si clericus factus habitum clerici deposuerit: (h) si fugiens deseruit in pugna dominum, etsi statim reuertatur: (i) sed si quis ab accusatione coepta desistat, excusatur. (k)

n) l. 18.

a) l. 18. ff. de pœnt. de cap. qui cur. vend. §. si voluerit. (b) d. §. si voluerit: idq̄, quia insidia excedunt simplicis conatus terminos, & ipsa etiam sunt crimen priuatione Feudi dignum. (c) conatus intelligitur qui in aliquem actum erupit: aliàs nihil est nisi mera cogitatio. Ros. de Feud. cap. 10. quæst. 59. (d) idq̄, puto velle verba d. §. si voluerit: (si voluerit sed nõ laborauerit) ubi gl. addit, qui potest pœnitere: quod puto posse applicari etiam ad sequentia verba, similiter etiam si laborauerit, &c. si igitur pœnitentia ductus, & non alia fortè causa impeditus, vt impossibilitate, desistat à factò, non punitur. Ros. de Feud. c. 10. quæst. 59. (e) tit. quibus mod. Feud. am. §. item si fidelis. (f) arg. l. quis sit fugitiuus. §. 1. ff. de edil. ed. l. qui ea mente. 65. ff. de fur. (g) tit. quid iu. si vas. &c. 44. lib. 2. F. t. 55. §. callidis. li. eo. (h) tit. 30. §. ex hoc illud. lib. 2. F. (i) Ros. de Feud. cap. 10. quæst. 9. (k) arg. l. qui cum maior. §. accusasse. D. de bon. lib. quia hîc non omninò delictum priuatione Feudi dignum admissum est, cum nondum magnum detrimentum intulerit. de quo supra.

L X X X I I I.

Sine voluntate domini vasallus Feudo suo priuari non potest: (a) idè si dominus in vita sua de delicto vasalli conquestus non est, hæredes eius in vasallum agere non possunt, (b) si tamè delictum dominus sciuerit, & de eo conqueri potuerit, (c) vel nisi ipso iure amittatur. (d) Quòd si lis iam contestata fuerit, actio utique transit in hæredes. (e)

a) arg. l. 2. C. de iu. Emph. Tiraq. l. si unquam. C. de reuo. dom. verb. reuertatur. n. 11. (b) gl. in §. insuper. verb. non succedit. t. 55. lib. 2. F. quia videtur Dominus voluisset remittere delictum. (c) non enim potest præsumi delictum remisisse quod ignorauit commissum, aut nullo factò declarare potuit se remisisse. (d) ex natura phraseos, ipso iure committi. Hoc tamen aliqui negant dicentes semper requiri voluntatem domini, siue ipso iure siue per sententiam condemnantem Feudum amittatur. v. Ros. de Feud. c. 10. quæst. 106. 107. Quòd verum est, si possit constare defunctum noluisse vasallum priuari. (e) l. omnes. 39. in pr. ff. de reg. iur.

L X X X I I I I.

Remittere autem feloniam dominus vasallo potest, (a) vel expressè per factum aut transactionem: (b) vel tacitè, vt si seruitia ratione Feudi debita ab ipso recipiat: (c) item si inimicus eius fuerit vasallus & dominus ei reconcilietur: (d) quemadmodum & si iniuriam sibi factam ad animum non reuocet: (e) si canonem ex Feudo pro præsentis tempore debitum accipiat. (f) Quòd si semel licitè remisit, remissionem eam reuocare non potest. (g) Certè si post feloniam commissam vasallum 30. annis vti permisit, patientia ista cum ampliùs agere ad priuationem Feudi impedit. (h)

a) Indistinctè, si ad ipsum recidit Feudum: quia ut ad ipsum recidat, in fauorem eius introductum est. t. 24. §. fin. ibi. ut hanc habeat sua iniuria ultionem. Sed si ad agnatos, illis inuitis remittere non potest. ar. t. 49. lib. 2. F. (b) quia quilibet suo iuri renuntiare potest. per l. pen. C. de pact. & cum feloniam sit priuatum delictum, utiq; de eo pacisci & transigere licet. (c) per gl. in tit. quo tempore miles. Clar. §. Feudum. quæstion. 49. num. 10. cum non idem simul pro uasallo possit haberi & non haberi (d) argument. l. si uxor. §. fin. ff. ad. l. lul. de adult. Sch. de Feud. sect. 14. n. 29. 2. par. 9. par. pr. (e) quia tunc remissa uidetur iniuria & sic etiam poena. (f) idq; argumento iuris Emphyteutici. in quo id statuit Cla. §. Emphyt. quæst. 10. (g) semel enim quaesita debitori liberatio extorqueri ei amplius non potest. l. fin. ff. de pact. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. (h) tanto enim tempore potest actioni præscribi. l. 3. & 4. C. de præscri. 30. an.

L X X X V.

Amittitur autem Feudum vel ipso iure vel non ipso iure. Ipso iure Feudum amittitur ijs casibus, quibus ex lege, nullo accedente Iudicis arbitrio vel moderatione, priuandus est: (a) cuius exempla Dd. recensent: alienationem Feudi sine consensu domini factam, incestum, inhabilitatem personæ, crimen læsæ maiestatis, &c.

a) l. 9. §. 1. ff. usufr. quemadmodum cau. l. 29. ff. de usu & usufr. cum similibus. quibus ipso iure opponitur tuitio Prætoris.

L X X X V I.

Feudo amisso fructus percepti pertinent ad hæredes uasalli: (a) non percepti, si propter delictum Feudum amittatur, ad dominum, (b) si sine delicto, pro rata inter dominum & hæredes uasalli diuidendi sunt. (c) Si uerò absque masculino hærede decedat, & Feudum reuertatur ad dominum, inter eum & hæredes fructus ita diuidendos esse, ut si moriatur uasallus intra Cal. Mart. & Cal. Septembris fructus totius anni ad hæredes, si reliquo tempore moriatur ad dominum pertineant, Dd. opinantur communiter: (d) sin ad agnatos, inter illos & hæredes fructus esse pro rata diuidendos. (e)

a) Hart. Pist. lib. 1. quæst. 24. num. 38. per t. 45. lib. 2. F. (b) Hart. Pist. d. quæst. 24. n. 53. per c. damnus. de reg. iur. in 6. impensas tamen fructuum nomine à uasallo factas dominus restituere tenetur. ibi. n. 72. quia fructus intelliguntur deductis impensis. (c) Sch. de Feud. 2. par. 9. par. pr. sect. 3. n. 171. (d) per t. hic fin. lex. §. his consequenter. quamuis ratione carere uideatur. Cuius. ad d. §. putat eos prorata anni diuidendos

adendos. (c) *Vves.c.9.n.s. secundum l. disortio. ff. sol. matr. siue fructus sint naturales siue industriales: item census, redditus, pensiones, multa. Har. Pist. d. quest. 24. n. 54. & seqq. Schr. de Feu. d. sect. 3. & alij.*

L X X V I I.

Melioramenta Feudi amissi vasallus, si per se subsistere possunt, tollere, aut sumptus pro ijs exigere potest, si per se subsistere & sic tolli non possunt: (a) si propter delictum priuetur, omnia melioramenta simul amittit, quæ post feloniam commissam accesserunt, (b) non etiam quæ ante. (c) Incrementa naturalia absq; dubio vnà cum Feudo transeunt ad dominum: eorum verò vtile dominium interea ad vasallum pertinuit, si dominus cum cum omni incremento inuestiuit, vel in inuestitura nihil sibi reseruauit. (d)

a) *Hot. t. hic fin. lex. §. 3. per illum §. & §. è contrario. t. de inu. de re al. facta, qui videntur pugnare: sed utriq; tamen inclinant in illam sententiam, quæ iure ciuili quoque probatur. (b) imputabitur enim ei quod non debuerit in rem iam alienam sumptus facere §. ex diuerso 30. l. de rerum diu. l. 37. ff. de rei vind. (c) quia nemo debet fieri locupletior cum alterius detrimento. (d) siue latens siue euidens sit incrementum. §. si quis de manso. t. 4. li. 1. F. v. Cui. ad d. §. si quis de manso. p. 45.*

L X X V I I I.

Dominus amittit proprietatem ex iisdem delictis, quibus vasallus vtile dominium, (a) siue nouum siue antiquum siue hæreditarium sit Feudum: (b) siue in alium siue in vasallum deliquerit, (c) siue iuratus is siue non iuratus sit. (d) Subinfeudante autem delinquente, illud ius quod is in Feudo habuit ad subuasallum recidit: (e) nisi agnatos habeat, (f) aut in dominum delictum commissum sit. (g)

a) *§. domino. t. si de F. def. t. qual. dominus propr. F. pr. 47. li. 2. F. (b) Ros. de Feu. c. 11. quest. 20. (c) per d. §. domino. (d) per d. t. qual. dominus propr. (e) sicut prius de directo diximus. Non enim potest ob vasalli delictum maior dominus proprietate priuari: sed is qui deliquit, id ius quod habet, tantum amittere debet. (f) quibus certè suo delicto præiudicare non potest. (g) tunc enim non poterit in subuasallum recidere: quia dominus ius in eo iam habet. argumento est §. necessitate. t. qual. ol. F. pot. alien.*

L X X X I X.

Amissum Feudum ob delicta non Feudalia, non aufertur

E 3

Ad quem reuertatur
Feudum a-
missum.
filijs:

filijs: (a) quod idem est si absq; delicto. (b) Et si refutauerit quis Feu. agnato proximiori, eo decedente sine legitimis hæredibus ad refutantem. (c) Sed si ob delictum amittatur Feudum, nouū quidem ad dominū reuertitur: (d) antiquum verò ob delicta in alium quàm dominum (e) ad agnatos proximiores. (f)

a) *vel agnatis. arg. §. si vasallus culpam. ibi. propter quam F. amittere debet. t. 26. li. 2. F. V. ves. c. 16. n. 5.* (b) *cessat enim ratio. v. V. ves. d. c. 16. n. 4.* (c) *per. t. de eo qui fin. fec. Idem est si quis diuisione alteri totum concessit. per §. si. tit. 26. li. 2. F.* (d) *indistinctè: quia nouum agnati non possunt accipere.* (e) *sive in personam aliam: vt, si quis fratrem suum occidat, nō recidit ad dominum, quia is directè per id non leditur. t. an ille qui fra. 37. li. 2. Feu. nisi forte in eius contemptum vel proditionem occiderit. Ros. de Feu. c. 11. quæst. 14. siue aliud sit delictum nullam personam attingens. §. fin. quæ fuit pr. causa. d. t. an ille qui interf. fra. t. si vas. Feu. priu.* (f) *idq; statim postquam ipsū aufertur. ex. d. §. fin. q. fuit pr. causa. Proximiores autem intelliguntur immediatè proximi per d. t. 37. vbi dicitur ad proximiores agnatum secundum leges reuerti.*

X C.

Si autem delictum sit in dominum commissum, vt in alienatione Feudi, (a) & ob non petitam debito tempore inuestituram, &c. (b) Feudum ad eum reuersum, (c) manet apud eum quandiu delinquens viuit, (d) eiusque descendentes. (e) Generatione primi acquirentis finita, manifestum est ad dominum reuerti. (f)

a) *sine consensu domini facta. t. de vas. qui cont. const. Loth. in pr. & t. quibus modis F. am. §. aut si libellario. t. quid iur. si vasal. post alien. t. de prob. Feu. alien. per Frid. §. callidis. t. quæ fuit pr. §. fin. Quod in nouo & antiquo idem manet ex ratione. d. §. fin. quia scilicet dominum videtur contemnere. Sed si ignorans esse Feudum alienauit, non continuò reuertitur ad dominum, sed emptor id ei restituere debet. per §. si vasallus Feudum. t. 26. t. de contr. int. dom. & emp. 42. li. 2. Feu.* (b) *per §. praterea si quis. t. de prob. Feu. al. per Frid. & arg. pr. in t. quæ fuit pr. causa. Videtur enim dominus per id latus. Har. Pist. li. 2. quæst. 18. n. 3.* (c) *per allegatos iam textus. Ob delictum verò subuasalli, Feudum recidit ad dominum immediatum. §. Illud de prob. Feu. alien. per Frid.* (d) *arg. §. fin. de cap. Cor. & ar. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de leg. 2. cum similibus Har. Pist. d. li. 2. quæst. 15. n. 32.* (e) *quia nec ad ipsos Feudum pertinet. Ergò retinet dominus donec ius agnatis quæsitum sit. per. t. 78. in frag. Hart. ibi. n. 51.* (f) *sicut & finito tempore ad quod concessum est: quia ulterius nemini dominus ius debet.*

X C I.

De Iudicijs
Feudalibus.

Haftenus dicta vasallorum dominorumq; in Feudis iura, quia non semper certa sunt, idè in Iudicium deuenitur, vt ibi expli-

explicentur. De iudicijs igitur Feudalibus quatenus quidem Iure Feudali expressum est, agendum aliquid est. (a) Primùm, orta lite inter dominum & vasallum, de inuestitura, feloniam, &c. dominus vasallum ad iudicium vel ad curiam vocare debet tribus vicibus: (b) similiter etiam vasallus dominum: (c) vel vasallus conuasallum, &c. ob contumaciam verò vasalli (d) dominus mittitur in possessionem Feudi: (e) vasallus, ob contumaciam domini, maiorem Iudicem adire potest. (f)

a) in quibus verò iure Feudali nihil expressum est, ius civile sequendum est. V. ves. de Feu. c. 17. num. 10. (b) interiecto tempore 7. vel 10. dierum, pro ut consuetudo loci erit. v. t. de milite vas. 22. in princ. lib. 2. Feu. (c) modo faciat modestè. V. ves. de Feu. c. 9. num. 16. arg. t. d. t. 22. §. fin. (d) nolentis se sistere curia. quod postea etiam, si noluerit ei parere, locum habebit. (e) ita tamen ut intra annum reuerso eam restituat. d. t. 22. in pr. ex quo loco interpretandus est §. illud tamen. t. qua fuit pr. causa. Hart. Pist. lib. 2. quest. ult. par. 2. Cuius. ad t. 1. lib. 3. pag. 182. (f) si nolit dominus parere petitioni Curia, coram maiore Iudice, ut Imperatore, potest vasallus cum eo agere. d. tit. 22. in fin.

X C I I.

Iudex autem competens, si inter duos vasallos causa Feudalis controuertatur, est dominus, (a) Inter dominum aut & vasallum iudicium parium Curia est, (b) in quos consenserunt partes: quibus dissentientibus, dominus eligit certum numerum, & vasallus totidem, qui iudicant. (c) Sed ad ordinarium loci Iudicem decurrendum est, (d) quando vasallus vel dominus cum extraneo agit, (e) aut dominus pares nullos habet. (f)

a) §. fin. de prob. Feu. al. per. Frid. Nec interest, utrum sint clerici an Laici, vel si dominus sit clericus. per. c. ex transmissa. c. verum. extra de foro comp. Duar. c. 10. n. 6. vel Feudum sit francum. Ros. de Feu. c. 17. quest. 38. (b) t. de mil. vasal. 22. d. §. fin. tit. 55. li. 2. Feu. (c) vasalli autem iniurati ad hoc iudicium non admittuntur. t. de controu. Feu. apud pares term. 16. lib. 2. Feu. (d) vel loco eius ad arbitrium utriusque partis consensu electum. t. de inuest. in marit. 15. vers. e contra. lib. 2. Feu. tit. de leg. Cor. §. si autem inter. V. ves. c. 17. n. 6. (e) idem est si is qui contendit cum domino vel cum alio vasallo, negat se vasallum esse: vel dominus eum vasallum esse inficietur: Ros. de Feu. c. 12. quest. 35. 26. Myns. cent. 5. obs. 85. aut si plures producant inuestitores. per. t. de leg. Cor. §. si autem inter. §. si duo. §. si tres. de pace tenen. (f) vel si ad testimonium adhiberi debeant: ne ydem simul testes & iudices sint. Ros. d. c. quest. 25.

Proro-

XCIII.

Prorogare alterius Iurisdictionem sine consensu domini vasalli non possunt. (a) Sed recusare suspectum dominum, (b) aut pares Curiae possunt. (c) Et ubi dubium est, an domini, parium Curiae sit Iurisdictione, is simul cum paribus iudicare debet. (d) Locus Iudicio ex conventionem partium aut consuetudine deligitur. (e)

a) *gl. in §. fin. de proh. F. al. per Frid. Cl. §. Feu. quast. 90. n. 10. arg. c. si diligenti. c. significasti. extra. de foro comp. Schr. tract. F. par. 10. sect. 1. n. 136. & c.* (b) *ut si causa aliquo modo ad ipsum spectat, ita ut alteri parti potius favere videri possit: eiusq; loco pares Curiae iudicant. t. an apud Iud. vel cur. Vves. de Feu. c. 17. n. 5.* (c) *Vves. d. c. 17. n. 6. & ordinarius illorum vicem tenebit.* (d) *§. fin. tit. 15. li. 2. F. Vves. d. n. 5.* (e) *gl. in d. §. fin. de proh. Feu. alien. per Frid.*

XCIII.

Cognito Iudice competente, videndum est quae actiones ex Feudo dentur. Vasallo igitur ante investituram veram, si ei Feudum per stipulationem, venditionem, aut alium contractum promissum sit, ex natura istorum contractuum ad Feudi traditionem agere licet: (a) si investitura abusiva accessit, conditione ex lege. (b) At post traditionem, utilis rei vindicatio datur ei contra quemlibet possessorem: (c) eodemq; modo etiam interdicta possessoria. (d) Ad proprietatem verò ob delictum domini consequendam, dicta conditio. (e)

a) *ar. l. si quis certum. ff. de rebus cred. cum similibus. Moz. qua actio oriatur ex F. n. 4.* (b) *secundum t. de nou. for. fid. in fin. §. si facta. t. 26. li. 2. F. Qua conditio est generalis, ad omnia quae iure Feudorum vasallo vel domino debentur consequenda: & à quibusdam ex lege, à quibusdam ex moribus appellatur. Vves. de Feu. c. 17. n. 8. Daturq; heredibus & contra heredes. per ea quae dixi supra th. 44.* (c) *per §. rei autem. t. de invest. de re al. facta. & arg. l. 1. §. 1. ff. si ag. vect. l. officium. in fin. ff. de rei vind. Etiam ad servitutem Feudo debitam. per. d. §. rei autem. Ros. in Synop. c. 12. q. 2.* (d) *ar. l. fin. ff. uti possidet. l. 1. in pr. iuncto §. de iur. ff. de vi & vi arma. Dua. de Feu. ca. 19. num. 6.* (e) *quia alia iure expressa non est. Duar. de Feu. c. 18. n. 7. t. qual. dominus propr. priu.*

XCV.

Domino ad servitia consequenda datur actio ex stipulatu, (a) vel ex lege. (b) Aliàs vindicatio ei competit contra tertium

tium possessorem: (c) Ob feloniam verò vasalli condictio causa data non secuta: (d) Agnati verò condictione ex lege vel moribus, (e) aut vindicatione, (f) Feudum petunt. Reconventionem verò coram paribus Curia & domino locum non habere nisi in causa Feudali, probabile est. (g)

a) si in investitura certa seruitia vel incerta expresse posita sunt. Moz. qua act. oria. ex F. n. 13. (b) si non nominatim aliquid de seruitijs dictum sit. (c) ar. l. fructus ff. de rei vind. nec solum ad tuendum ius vasalli: sed etiam pro se, si is negligat, aut amiserit ius agendi: ut in alienatione, ubi reuocat ab emptore dominus. t. 42. ubi gl. in pr. li. 2. F. Du. c. 19. n. 3. Ros. de F. c. 12. q. 5. 7. (d) si quidem ipso iure commissum sit, petit à Iudice declarari Feudum sibi acquiri: idq; in neglecta fide, obsequijs, &c. In alijs causis condictione ex lege, ut ex §. fin. qua fuit pr. causa. Moz. d. loco. n. 9. 10. Si non ipso iure, tunc petit priuationem per sententiã. (e) ostendendo se esse ex comprehensis in investitura: & Feudum nunc apertum per culpam, mortem, &c. vasalli. (f) quamuis prior actio sit tutior. Ros. de Feu. c. 12. quest. 10. c. 9. qua. vlt. Ros. c. 12. quest. 48. Myns. cent. 4. obs. 90. licet alij dissentiant.

X C V I.

Actionibus istis intentatis & lite contestata, proximum erat vt de calumnia iurarent partes: (a) sed ad id dominus & vasallus non tenentur. (b) Ad reliquam Iudicij Feudalis formam quod attinet, in probationibus & præsumptionibus id maximè consistit. Præsumitur res potius allodialis quàm Feudalis: (c) item potius propriũ Feudum quàm improprium, (d) non etiam antiquum potius quàm nouum. (e)

a) de quo est t. C. de iurei. propter calum. (b) V. ves. de F. c. 17. n. 11. & alij. per §. in quibus. t. de consuet. rect. F. (c) ar. t. de controu. int. mas. & foem. 41. §. fin. li. 2. F. fac. l. altius C. de seruit. Nisi forte maiorem partem eorum, qua quis asserit Feudalia, cõstet Feuda esse: per d. §. fin. aut si aliud accidens faciat rem Feudalem præsumi. Ros. de Feu. c. 12. q. 62. (d) per §. praterea. t. quid sit investitura. Schr. tract. Feu. par. 2. c. 3. n. 103. ut masculinum magis quàm foemininum. t. de natura suc. F. & d. §. praterea. Item magis ex pacto & prouidentia quàm hereditarium, si simpliciter acceptum sit. Har. Pist. li. 2. q. 1. n. 75. &c. (e) vt asserit V. ves. de F. c. 2. n. 8.

X C V I I.

Probatio fit per Testes, Instrumenta, Iusiurandum, Duelum. Postremum hodie sublatum est. (a) Testes ad probandam ingratitude quinque requiruntur. (b) Instrumentum investituræ

F

stituræ

stituræ vasallus domino exhibere, & titulum possessionis docere tenetur. (c) Cætera de testibus & instrumentis supra dixi.

a) *V. ves. c. 17. n. 13. de F. Fit autem duelli mentio in §. si rusticus. de pace ten. §. non consuetudo. t. de al. F. pat. (b) t. 57. li. 2. F. (c) si confiteatur se vasallum. gl. in §. illud vers. nisi requisitus. t. 55. li. 2. F. Schr. de F. par. 6. c. 6. n. 110. &c.*

XCVIII.

His modis non probante actore, non protinus absolvitur reus, (a) sed ei deferatur iuramentum: (b) quamvis non semper reo, sed interdum etiam actori deferatur, sc. ei pro quo est præsumptio, (c) & ut plurimum possidenti. (d) Dicitur autem iuramentum istud defensio, quæ fit cum 12. sacramentalibus, (e) qui simul iurant. (f) Sine quibus tamen domino iurare soli permittitur, si actor sit eius vasallus in alio Feudo non controuerso: (g) reo, si possedit Feudum per annum, sciente & tacente domino. (h)

a) *Cuia. ad t. 4. li. 1. F. pag. 39. (b) per t. 41. st. li. 2. F. cum similibus. Idq. vel à Iudice vel à parte: hoc potest referri si quis nolit iurare, illud non. §. & cum datur. t. de consuet. rect. Feu. t. quid sit inuest. §. nam si instrumentum. (c) per d. §. sacramentum. quod varijs modis accidit. (d) t. 4. in pr. li. 1. F. t. de cont. int. dom. & fidel. 10. t. 23. li. eo. etiam ei qui partem possidet vel possedit. t. 12. li. 1. F. Non tamen semper. d. §. sacramentum. (e) *Cuia. in comment. F. pag. 36. Inter quos vasallus debet habere 6. consanguineos, ceteri extranei possunt esse: dominus, consanguineos, vasallos & horum cognatos, &c. habere potest. d. §. & cum datur. t. 33. li. 2. Feu. (f) de eo quod alter profert, ipsius innocentia confisi, et si ipsi nesciant. Hot. in disp. F. ca. 43. & de verb. Feu. in verbo sacramental. (g) secundum §. si verò. t. 4. li. 1. Feu. (h) §. si quis. vers. si autem. t. 26. li. 1. F. t. de consuet. F. in pr. Cuia. in com. F. pag. 41.**

XCIX.

Causa conclusa sententia iudicis requiritur, etiam in Feudi amissione, quia nunquam priuari Feudo Vasallus sine sententia, vel priuante, (a) vel declaratoria, (b) potest. (c) Obseruat autem Iudex sententiam dicturus, 1. pacta inuestituræ, (d) 2. consuetudinem loci. 3. quod ei proximum vel simile est. 4. generales consuetudines Feudorum. (e) 5. ius scriptum. (f)

a) *ubi non ipso iure committitur Feudum: sed in arbitrio Iudicis adhuc est utrum adimere velit. (b) ijs casibus quibus ipso iure committitur. (c) t. de Feu. sine cul. non amit. 16.*

amit. ibi, quando conuictus fuerit per laudamentum, &c. et t. seq. ibi, nisi conuicta culpa qua sit laudanda, &c. Hotom. conf. 32. num. 20. (d) quia ea Feudorum natura derogant, ut supra dixi. (e) Hic ordo probari potest ex l. de quibus. 32. in pr. ff. de LL. iuncta l. 1. C. que sit longa consuet. (f) t. de Feud. cogn. §. strenuus autem.

C.

A sententia parium Curia potest appellari ad superiorem, (a) eodemque modo à domino. (b) Quòd si debito tempore appellatio non fiat, sententia transit in rem iudicatum: (c) eamque exequitur idem qui tulit, dominus vel pares Curia, vel alius superior. (d) Vbi hoc notandum est, æris alieni nomine fieri tantum executionem in fructu Feudi. (e)

a) t. quo temp. mil. §. fin. t. 26. vers. his enim non cogentibus. li. 1. F. (b) gradatim ab inferiore ad superiores. per l. Imperatores. ff. de appel. (c) tempus idem obseruatur quod in iure ciuili. tam eius interponenda quam prosequenda. Ros. de Feud. cap. 12. quest. 75. Excepto eo, cum ad Imperatorem appellatur. de quo v. t. 27. §. fin. lib. 1. F. (d) si ipsi non possunt. ar. t. 22. in fin. lib. 2. F. (e) quia Feudum alienare non licet. Si verò consentiat dominus, palam est, in ipsum utile Feudi dominium executionem fieri posse. v. Hart. Pist. lib. 1. quest. 15.

F I N I S.

DE FEVDIS

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or introductory paragraph.

Main body of faint, illegible text, likely a legal or historical document. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or date.




X2615896

V517







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

atio

V D I S,

1596, 2.

M;

A. A.

urid. Facultatis,

7

D E

S I M O,

S I M O V I R O,

M A G I R O, V. I. D.

emia ordinario, preceptore suo
defendere conabitur,

aj

I E N F E L D E R
lmegek.

KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALLE

Æ
enbachium.

VI.

Inches
Centimetres